Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 G
45

12-1-4-23

Digitized by Google

LIQVORIS ARTIFICIALIS

Pro Opoballſamo Orientali
in conficienda

THERIACA

Romæ Adhibiti

PHYSICA OPPVGNATIO

Auctore

STEPHANO DE GASPARIS

vrbeuetano
et Ciue Romano

ROMÆ

Ex Tipographia Antonij Landini. 1640. Superior.' permiſſu

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VIT [illegible] BIB [illegible] IN ROM

Imprimatur.
Si videbitur Reuerendiſs. P. Magiſtro Sac. Pal. Apoſt.
I. B. Epiſc. Cam. Viceſger.

EGo Gabriel Fonſeca de mã. dato Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Sac. Palatij accurate legi Phyſicam oppugnationẽ Domini Stephani de Gaſparis in liquorem quendam artificialem Romæ adhibitum pro vero Opobalſamo in conficiẽdã Theriaca, quam eruditã ſatis & vtili lectione refertam comperi; nec vllo errore circa fidem, aut contra bonos mores notandam cenſui. Quare & dignam editione reputo, & lectione. Romę die 25. Iulij 1640.

Ego ſupraſcriptus Fonſeca manu prop.

Imprimatur Fr. Thomas Aqua viua Magiſter & ſocius Reuerendiſs. Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri.

a 8. P.

S. P. Q. R.

Conſules Aromatariorum Vrbis.

Totius Collegij nomine.

AD aures vix dum noſtras menſibus elapſis peruenit liquorem quendam ſimplicium mixtione fabricatum à duobus Vrbis Aromatarijs Manfredo, ſcilicet, & Panutio in conficienda Theriaca adhibitum fuiſſe, cum cādor animi, ſtudium præte-

rea, & obſequium, quo Romam, Ciueſq. ſuos inceſſanter proſequimur, occurrere compulerunt; validiſſque rationibus, modeſtè tamen, ac citra vllam omnino moleſtiam coram Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domino Thadeo Collicola VRBANI VIII. Pont. Max. Intimo, & Medico, & Cubiculario; Atque Canonico Vaticano; ac Perilluſtri & Excellentiſsimo, D. Iò. Iacobo Baldino, prædictum liquorem tamquã pro conſtruenda Theriaca inutilem impugnare;

&

& cum hac de re ſciſſæ inter ſe ſe Medentium claſſes impenſius diſceptarent; mandat Diuinus Macedo Philippo in primis ſuo implicitum illud quicquid eſſet gordium aperire. Interea dum vota expectantur; dum à duobus artis Medicæ luminibus, ſuo viuido calore ſapiẽtiæ, erroris nebulis abſumptis, veritatis Cœlũ ſereno vultu conſpiciendum anxiè exoptamus; ſalutari conſilio viſum eſt nobis, vt noſtræ magis erga vrbem deuotionis, ac deſiderij,

quo publicæ ſalutis tene-
mur,argumẽta eluceſcant,
& veritatis indicia palam
manifeſtentur; eruditiſſi-
mi viri,ac præfatę artis pro
feſſoris eximij Stephani de
Gaſparis in prædictum ar-
tificialem liquorem Op-
pugnationem Phyſicam
in lucem dare, eamque
ſub tutela præclari nomi-
nis veſtri, Cõſules inclyti,
vt ſi quis maligni liuoris
dente qualecunque noſtrę
deuotionis munus morde-
re audeat, ob reuerentiam
ſaltem dignitatis veſtræ à
tam audaci conſilio tenea-
tur,

tur; fauete igitur, & ſouete pro veſtra humanitate qui incolumes vos ſeruari curant, & precantur.

AD

Perilluſtrem & Admodum
Excellentem Virum

STEPHANVM
DE GASPARIS

Medicum Doctiſſimum.

HIPPOCRATES pugnant latij, quæ Balſama puris
Sint dãda elotis, pharcamopola, tuis:
Namque vera olim fœlici prodiga ſæclo
Stillat Idumeis edita ſylua iugis;
Nuſquam illa inueniet, ſiue mercator ad oras
Auroræ, occiduas ſeu petat, Inde, tuas.

Ste-

Stephane Phœbeo Tu doctã per-
citus œſtro
Componis litem, & pharmaca
tuta facis.
Iam per te fruſtra lybicus furit
ore trilingui
Serpens. & fruſtra regulus ar-
ma ciet.
Hanc tibi naſcenti promiſit A-
pollo coronam,
Inde coronatum, Stephane,
nomen habes.

LVCAE
ANDREAE RICCII
A CANDIDA
Regni Neapoli-
tani.
Ad D.
STEPHANVM
DE GASPARIS
Huiuſcæ operis Auctorem

EPIGRAMMA.

Nemo te Stephane ap-
plauſu, ſeu laudibus
ornet,
Hoc quod nomen habes,
eſt tibi ſerta tuum:
Mirrham Rex Gaſpar donat
quæ corpora ſeruat,
Hoc quod tradis opus nil,
niſi Mirrha tuum

Non mea lingua valet laudes celebrare, ſed illas.
Cognomen magnum, nomen vbiq. ſonat.

EIVS-

Eiuſdem ad

LECTOREM

QVis quis mente cupis diu ſeruare ſalutem;
Perlege Gaſpareum, perlege ſemper opus:
Prę nitido capias prętioſum hunc ære libellum,
Nam pro communi lætè ſalute datur.
Aeger, ſeu, ſanus plus illum ſæpe reuoluas.
Hoc tibi propitium, hoc tibi ſemper opus.

Epi-

EPIGRAMMA

PETRI SIMONIS
BROTTII
In laudem operis.

QVid petis Eoas temeraria puppis arenas,
Externi furijs diſſiluenda freti?
Turgida funeſtis committere fluctibus audes
Carbaſa, naufragijs quæ reſerata tument;
Vt noua ſuccisis rapias Opobalſama ramis,
Stringis odorati iugera culta ſoli;
Verte retro curſus, & verſas ſiſte carinas
Regia qua tumidi, Tybridis vnda ſonat,

Si

Si peregrina cupis natiuis
Balſama terris,
Hic liber, hic famæ Balſa-
ma multa dabit.

*In laudem D. Stephani de Gaſpa-
ris Auctoris, cui pollicetur
immortalitatem;
Sebaſtiani Bal-
dini.*

EPIGRAMMA.

CEditis Eoo mendacia
Balſama ſucco,
Non ſunt clamoſis bella
mouenda foris:
Balſama deprehendi, gelidũ
excluſura venenum
Arma, propinatæ tela re-
perta neci:
Euomat huic, ſontis liuor cõ-
tagia cordis

In-

Innocuum vulnus dente nocente feret:
Si docet hic patrijs vitare furoribus Angues,
Anguis liuoris nil metuendus erit:
Quid ne mori timeat liber hic; qui tempora vitæ,
Morti terrorem mortis in arce dedit?

Eiuſdem in laudem auctoris.

EPIGRAMMA.

SI quæ ſit regio nimium fæcunda venenis,
Pulla venenatæ rideat arma necis;
Fertilis anguineis deſeuiat Africa monſtris;
Et Lybię notis vber arena malis;

Car-

Carnifices moriēs progignat
viperanatos
Aucturos noſtris plura venena plagis;
Dum Stephane hic præbes
pretioſa liquamina ſucci,
Securus mortis pocula dira bibo
Mendaci rapiens ſic nomina vana liquori
Nominibus donas Balſama vera tuis.

Liquoris Artificialis
PRO
OPOBALSAMO
ORIENTALI
In conficienda Theriaca
Romæ adhibiti.
Phyſica Oppugnatio.

PRAEFATIO.

CVM liquor adhibitus elapſis diebus pro Opobalſamo vero in conficienda Theriaca à D. D. Antonio Manfredo, & Vincentio Panutio Aromatarijs Vrbis, non ſit nec orientale Opobalſamum ſyncerum, nec adulteratũ;

ſed

ſed materia quædam factitia ſine Opobalſamo vt inferius ſuo loco oſtendemus; non eſt dubium; quin Theriaca ex eo confecta ſit è Pharmacopolarum officinis eijcienda, & non permittendum, vt in fraudem ægrotantium non ſine magno præclariſſimæ Medicinæ facultatis dedecore, & ignominia vendatur, diſtribuaturq. cum ex eius liquoris inualiditate debeat omnino illa etiam inualida, & parum accommodata ijs profligandis venenatis morbis exiſtimari, aduerſus quos miram habere poteſtatem Theriacam benè confectã, & adulterinis medicamentis nõ deprauatam Medici omnes tàm antiqui quàm neoterici vnanimi conſenſu affirmant: Sed quo rei veritas, quam ſolùm in hac contro-

uer.

uerſia tùm ad publicam vtilita-tem: tùm ad Medicorum decorē ne ex medicamenti improbitate aliquam notam aliorum errore conſequantur, auidè expeto, omnibus animum tamen deprauatum non habentibus, facilius innoteſcat; noſtram hanc conſultationem in quatuor capita partiemur, & in primo declarabimus, quæ nam ſint attributa propria, & præcipua veri Opobalſami Orietalis, ex quibus ab adulterato, vel factitio medicamento dignoſcitur, diſtinguiturque: In ſecundo oſtendemus aduerſariorum liquorem non eſſe verum Opobalſamum, In tertio demonſtrabimus non eſſe naturalem ſponteque ex aliqua planta prodeuntem, ſed eſſe factitium, & arte compoſitum ex pluribus

ingre-

ingredientibus; Quartò, & vltimo concludemus Theriacam ex dicto liquore confectam eſſe inualidam, & inutilem.

CA.

CAPVT I.

CVM duo ſint modi rectè iudicandi Opobalſama; prior eſt collatio facta inter portionem decidentis liquoris ab hac, vel illa balſamica planta, & alteram, quæ pro vero illius ſucco habetur, nam Ariſt. ſcripſerat secũdo de anima rectum eſſe iudicem ſui met & obliqui; hunc modum obſeruauerat Galen. qui vt refert lib. 1. de antidotis cap. 13. portiunculam veri Opobalſami ſecum ferebat

ſemper, vt verum à fictitio ſecerneret. Alter vero modus eſt, omnium attributorum collectio, quæ ab Auctoribus Opobalſamo adſcribuntur, quæ omnia, ſi coniunctim in aliquo reperirẽtur liquore, hunc verum illius plantæ Balſamum coniectaremus. Cum vero hac noſtra tempeſtate, & in hac, licet totius orbis, primaria Vrbe, veri Opobalſami aliquam portionem nõ habeamus; & ideo ſecundum primum modum ex recto obliquum, de quo agitur, iudicare non poſſimus: erit operæ pretium iuxta ſecundum modum è veſtibulo noſtræ conſultationis deſcribere, & delineare veri Opobalſami

qua-

qualitates, & attributa, ratione primum inuenta, mox auctoritate Illuſtrium ſolūmodo, & non omnium rei plantariæ ſcriptorum, putà inter Antiquos Dioſc. Theo. phr. & inter recētiores Proſperi Alpini, firmata, quo omnis contradicendi, & interpretandi occaſio Aduerſarijs tollatur. Quia verò non contrauertitur, an viuat, & an in ſuo patrio, & natiuo ſolo naſcatur, & cōſeruetur plātaBalſami; quod inficias non imus, cum ſpecies plantarum ſpontè naſcentium, cuiuſmodi eſt plā. ta Balſami, ex rectè philoſophantium ſententia perpetuæ exiſtant, & tolli omnino nequeant; quod Cœ-

lum ad earum generationẽ faciat, ac terra, vbi illæ natiuæ ſunt, & ſpontè abſque vlla hominis cultura vegetant, in ſe ſemen ad eaſdem iterum, atque iterum generandas contineat: Nec pariter quæritur quas, & quot qualitates habeat verum Opobalſamum; ſed ſolùm an liquor adhibitus in compoſitione Theriacæ, & approbatus pro vero Opobalſamo orientali ab aliquibus Medicis huius Romani Collegij, ſit nec, ne verum orientale Opobalſamũ. Quocirca ſucci illius præſtantiſſimi à tot ſeculis in Italia præſertim ſuſpirati, non omnia attributa; ſed ea tantum ſedulo examinabimus, quæ nos

nos in rei controuerſæ veritatem poſſint quaſi manu ducere.

Quod odoris ſuauitate Opobalſamum orientale à cunctis alijs odoratis ſubſtātijs dignoſcatur, ſecernaturque, atque ei regale ſolium inter bene olētia debeatur, teſtatur Plinius lib. 12.c.25. & confirmauit doctiſſimus Theophr.lib.9.de hiſt.plant. cap.6.in fine. Quinimo ſuccus iſte odoratiſsimus non ſolùm, quà odoris ſuauitate per ſe delectat,& non propter eſcam cæteris præſtat odoribus, verum etiam quà eodem odore innumeros ferè humani corporis morbos curat, medicamentis omnibus præfertur: vndè vulgus

rem aliquam vehemēter ad ſanitatem accommodatam balſamum vocare ſolet; & Dioſc. ex odore valido ad vſum medicum forè approbandum verum Opobalſamum ſcripſit; quod poſtmodum comprobauit Galenicus. Auic. lib. 2. tractat. 2. capit. 84. dum dixit, vetus Opobalſamum nullam habere virtutem; nam cum in ſenectute deſtituatur, ſpolieturq. odore ex Alpino dialog. de balſamo, negari non poteſt, quin tota illius virtus, & virtutis omnes effectus ab vnico eius odore, tanquam riui à fonte ſuam trahat ſcaturiginem; Quia omnis odor bonus, per hoc quod eſt bonus, & odoriferus

rus confortat cerebrum, & cor, ac ſpiritus; & naturalem calorẽ reuocat, & corroborat, vt aiebãt Princeps in libello de cura errorum in ſex rebus nõ naturalibus part.2.cap.3.in Cant.part,2. tex.97. & 98.& in lib. de viribus cordis tract. 1. cap. 5. & 9. & diuinus Hipp. lib. de alimento tex.91. quam ſententiam citat, & probat fidiſſimus eius Interpres Galen.lib. Aphor.com.11. Natura enim refocillita, & vigorata, vti vera morborum medicatrix ex eodem Hip. 6.epip.ſect.5. tex.1. concoctiones perficit, noxios humores expellit, & morbos curat, ac ab humani corporis fabrica funditus eliminat.

Cœterum odor bonus nedum per aliud, & mediate ſanat ægrotantia corpora; ſed etiam per ſe, & per ſuas met qualitates: Etenim aeri permixtus, & per narium inſpirationem in cerebrum delatus, & præparatus in plexibus,& ſuperioribus vētriculis, & perfectus, & magis elaboratus in poſteriore facit ad cerebri ſanitatem, calefaciendo, ex ſiccandoq. vnde homo, vt dicebat Ariſt. lib. de ſenſu cap. 5. natura ſolùm ſuadente, odoribus delectatur, vt temperet exceſſum frigoris, & humoris cerebri, quod, vt plurimum inter animalia, ita humidiſsimum ſimul, atque frigidiſsimum obtinuerat;

&

& Galen. ad exiccanda pulmonis vlcera vtebatur medicamentis odoratis, qualia erant hedichroum, ſpicata, & foliata vnguenta; quorum mentionem facit 4. de locis affectis ad finem, quæ ille iubebat ægrotos per integros dies odorari, aſsiduè naribus admouendo, nec non iubebat illa intra nares imponi, dum, irent dormitum, vt ex tam frequenti vſu die, noctuque harum rerum beneolentiũ pulmones tanto magis ſiccarentur, & iuuarentur, & ſi quis cupit habere deſcriptionem horũ medicamentorum, ſciat hedichroum deſcribi ab Aetio lib. 13. 89. à Paulo lib. 7. 11. foliatũ ab Aetio lib. 16. 121.

& ſpicatum ſequenti c. 122. Odorata pariter vt habet Hipp. 5. aphor. 28. muliebria ducunt; & vt teſtatur Ariſt. 12. probl. 12. mouent vrinã. Quare facilè eſt declarare cur Opobalſamum tam mirè, potenterque ſuo eximio odore renales calculos comminuat, & comminutos à renibus abſtergat, & per vrinarias vias expellat. Cum enim odor generetur à ſicco in humido, vt tradit Philoſ. 2. de anima tex. 100. Odoriferum qua humidum irrorat, irrigatque in tranſitu ne dum viuentes partes, ſed & materiam ipſam lapideã abſtruentem; quà ſiccum tenuitate ſua denſas compacti lapidis partes penetrans, ipſum

ſum in minutiſsimas partes diuidit, eaſque per vrinarias vias extrudit. Huius fortè naturalis medicamenti exẽplo diuiniſsimus ſenex 7. epid. in cura Nyſantidis, dũ vrinarias vias aperire ſtudẽt ſimul balneis emollit, laxatque & hinc etiam Medicinę Magiſter Gal. 5. ſimpl. & 10. de compoſ. med. 5. l. rectè animaduertit, vt in comminuendis calculis, calida, & acria nimium declinemus. ne hęc calculum congerant, & indurent, atque in tranſitu veſtigiũ ſiccitatis relinquant: Itaq; ex odoris ſuauitate, & copia è Balſamo expirãte, de illius virtute valida ad procreãdos mirabiles effectus ambigi non poteſt.

Quamobrẽ dũ odor alterat etiam corpus tangibile, cerebrũ calefaciendo,& pulmones exſiccando, verum eſſe non poteſt,quod Auer. Alber: Nyphus, & alij tenent, rem nempè odoratam nuſquam extra ſe mittere,niſi ſpecies intentionales, cum hæ non agant vltra proprium ſenſum. Cœterũ cum ſenſus ſubſtantias non percipiant,ſed tantum accidentia,nullusque ſenſus per qualitatẽrealẽ,ſeù materialẽ ſed tãtum per eius ſpeciem, ſeù qualitatẽ ſpiritalẽ, & intentionalem, vt vocant, afficiatur; idem etiam in odore admittẽdum, odoratumque nihil corporei, neque etiam realem qualitatem;

ſed

ſed eius ſpeciẽ percipere ſtatuẽdum eſt: Poſtea nec hoc negandum, aliquid è rebus odoratis effluere, & exhalare ac per aerem deferri; Nam quotidiana experientia diſcimus exhalationes odoratas, vt modo dicebamus, alias etiam partes à sẽſu odoratus afficere, ipſiſque temperiem ſępiſsimè alterare; Præterea videmus res odoratas plurimas paulatim imminui & tabeſcere, vt de ipſomet Opobalſamo refert Alpinus citato dialago. 5. & ablata re odorata manet odor ſæpè ſatis longo tempore in aere, quod fieri per ſpecies ſolum intentionales non poteſt, quę non manent in abſentia obiecti. Præter-

quam.

quamquod reſodorata in loco aliquo clauſa diù adſeruat odorem;quo pariter cõſtat ſubſtantialiter minui,& euaporare, quod ſola emiſſio ſpecierum intentionaliũ non efficeret,vt patet in coloribus. Quod etiam experimento probat roſa,aut pomum ,quæ tranſacto aliquo tẽpore, etiamſi naribus adhibeas, odorem nullum percipies, quò euidẽtiſsimè patet, corporeum aliquid ab his rebus emanare,quod tractu temporis diſsipatur, & perit; Sed redeamus ad rem noſtram: & ne videamur obliti eius, quod à principio noſtri diſcurſus eramus polliciti; oſtendemus rationẽ primum, mox auctoritatẽ
ſta-

ſtabiliemus è Balſamo vigẽte, & non dum ſeneſcente, non minus ſuauiſsimum, quam copioſiſsimum odorẽ emanare; quod facillimè vnicuiq;conſtabit,ſi ex modo quo generatur odoris ſuauitas,de quo pauló infra diſſeremus, cõſiderauerit ſolum, vbi ſponte naſcitur planta Balſami, plantam ipſam, & anni tempus, quò prætioſiſſimus ille ſuccus colligitur.

Quamuis de Opobalſamo Iudaico, Aegiptiaco, & Syriaco, Dioſc. Theophr, Gal, Auic, & alij antiqui ſcriptores præcipuè faciant mentionẽ, attamen nec Syriam, nec Aegiptum, & Iudeam fuiſſe vnqã patrium, & natiuum ſolum fruticis Balſami, ex

ex eo facilè demonſtratur; quòd ibi in viridarijs tãtum inſertus, & ex Arabia aſportatus magna diligẽtia alatur & viuat quum in incultis ſterilibuſque locis neutiquã conſpiciatur, cum hortenſes plantæ in hortis non cultura generentur, ſed è Silueſtribus in hortos translatæ cicurentur, quod præclarè affirmauit Gal. dum in Timęo Platonis ſcripſit omnes plãtas hortenſes fuiſſe prius agreſtes. Itaque ſentiendũ cum Alpino cit. dial. cap. 2. multa loca fœlicis Arabiæ eſſe verè, & propriè Balſamifera, & proprium ac naturale Balſami ſolum, cum ibi ſilueſtre Balſamũ ſemper adſit, & repialtur; ſed cum

fœ-

fœlix Arabia ad exortum, meridiemq. vergat ex Theophr. 4. de cauſ. plant. cap. 6. & ideo ab oriente ſole vſq. ad eius occaſum, ſolis radios habeat præſentes, & priuetur vẽtis frigidis ſeptentrionalibus, non poteſt niſi quã maximè odorata progignere; dummodo odor inſit plãtis à natura; nam cum planta per ſuas radices è terra ſicca paucum, & ſolum quãtum competat alimenti attrahat; illud à proprio ſibiq. ingenito, & ſolis æſtuante calore faciliimè excoquitur in odoris ſuauitatem. Quare beneſcripſit Theophr. 6. de cauſ. plant. cap. 22. & alibi prorſus odoratiora, ſucciorag. tam tota quam particulatim

latim locis placidi ſpiritus, & ſiccis prouenire.

Quod planta Balſami ſit od oratiſsima, tum colligitur ex Alp. loco proximè cit. vbi habet, ſi huius viridarij Balſamis olim refertiſſimũ terrã aliquãdo olfeceris etiã nunc ſuauiſsimum odorẽ redolere sẽties, biſq; vel ter tantũ ſol ſuum peragrauit orbẽ, poſtqã hæ plantæ cuſtodum negligentia periere, Tum ratio ſuadet; cum enim huiuſmodi planta in locis ſiccis, placideq; aſpiratis proueniat, & viuat, & ſicca omnino ſit; nam frondis illius anguſtia, ſtipitis, & ramorũ exiguitas, & quod non particulatim, ſed toto corpore ſit odorata, euidentiſsima

ſunt

ſunt ſiccitatis argumenta. Quinimo Gal. 6. ſimpl. affirmauit ipsã deſiccare, & excalefacere ſecũdo exceſſu; Siccum autem parum habere humoris certum eſt; iam vero quod paucum eſt facillimè excoquitur, maximè æſtuante cœlo, odoris autem copioſa ſuauitas in excoctione conſiſtit, quæ olfactui cõgruat ex Theophr. ibidem c. 27. Ergò ex re odorata nõ poterit niſi odorabile efflue re, cũ orta ſuis principis ex Gal. neceſſario atteſtjentur.

Dum Opobalſamum canicularibus diebus cortice ſcarificato è caudice fruticis in lachrymæ modum deſtillat; perneceſſe non minus ſuauiſsimum, quam copioſiſsi-

ſiſsimum ex ſe, ſine aliqua confricatione, vel motu debet in longinquum diffundere odorem. Quippè odor generatur à calore ſapidam ſiccitatem decoquente, & excitante, & quæ perfectius cocta ſunt ſuauius olent, nẽpè neque citrà, neque vltrà mediocritatis, latitudinem; nam in defectu nullus, vel non iucundus generatur odor, & hinc crudiora nõ olẽt aut non iucundè, & in exceſſu; aut à calore deſtruente graueolentia, & fœtor naſcitur, cum res adepto fine trãſeat in deterius; aut ab eodẽ exurente prorſus euaneſcit & perit; nam quæ exareſcũt, & torrẽtur odorem ammittunt, quòd videre eſt in ci-

cineribus ligni odorati; vt obſeruat præter alios idem Theophr. 6. de cauſ. plantarum cap. 29. & ob hanc cauſam odores, qui incendũtur flamma ex Ariſt. 12. probl. 6. minus ſentiuntur, quam qui cinere calido & celerius euaneſcunt, quod domentur abſumanturq. ab igne; moderatus igitur ſit calor concoquens in odoris generatione. Patet idipſum in fructibus odoratis dum enim maturantur, odoratiores fieri cernimus, quantò autem crudiores non dum expurgatis partibus excrementitijs, eò minus olent; lachrymæ, & ligna odorata quò magis ſole fruuntur, eò reddũtur odoratiora, in vmbroſis

ſis autẽ eorũ odores minus perficiuntur. Moſchus pariter dùm recens ex animali, quod ipſum fert, extractus fuerit, fœtidum eſſe, aiunt, percoctus autẽ in ſole odoratiſſimus euadit quo Reges & Magnates vtũtur, & donã. tur. Atque ſuccus ille odoratiſsimus nutriendæ plantæ deſtinatus, & è radicibus per ſuas venas in vniuerſum corpus diſtributus, & ad corticis plagam, tanquam ad laborantem locum, vt nodi in arboribus fieri ſolẽt, è venis demãdatus, recipit à feruenti ſolis ardore, ſuę tamen naturæ familiari, & conueniente, abſumpta, & in vapores reſoluta eius parte humidiore, perfectiorem coctionem,

nem, vt ex ſucci ſtillãtis albo colore licet intelligere; ſic etiam lac in mammis, ſemen in teſtibus, pus in abſceſſu,& ſedimentum in vrina per vlteriorem coctionẽ in albedinem ſecundum naturam tranſi erunt, & oſſa alba ſunt, quamuis ſanguine melancolico nutriantur, & muſculorum caro poſtquam nutrimentum optime cõcoxerit ad albedinem tendit magis,& minus; cutis etiam, ſeminale membrum, ex probe concocto ſemine prodiẽs exacte albaſit quantum autem à perfecta coctione deficit,tantum ab albedinis integritate; ergò ex perfecta huius ſucci coctione,de eiuſdem odoris valida ſuauita-
te

te ambigi non poteſt. Quod ſignificaſſe videtur Theophr. dum citato lib. cap. 22. ſcripſit. Ideo in locis calidis, & ſiccis plantas odoratiores prouenire; quia humore à quoſo exhauſto reliquum magis excoquitur.

Præterea ſi odoris ſuauitas reſultat ex Ariſt. in mixtis corporibus ex primarum qualitatum concretione dominante ſiccitate, calore humidum decoquente, & excitante; non eſt mirum ſi vbique, vt aiebat Gal. caliditas perficiat odores, & validiores à vehementiori, mitiores à mitiori oriantur, cum non parẽ calorem deſiderẽt omnia odorata, neq. ſimilem ſed alia maiorem, alia minorem

rem. Hinc vniuerſalis Mundi natura, quæ ſecundum ordinẽ primi agentis, quod eſt Deus, aut Cœlum omnia agentia inferiora accõmodatè diſponit, ſuum vnicuique odorabili accõmodatum, & proprium naſcendi tempus, & locum aſſignauit; vnde violæ odoris exilis gaudent vmbroſis, & non dum exacta hyeme incipiunt, manè maiorem, creſcẽte die minorem, meridie minimũ expirãt odorem. Roſa, quæ paulo maiorem habet odorem, maiorem requirit caliditatem, & ideo vere incipit; ſed in Sole æſtuoſo eius habetur odor, exterminaturque: Quocirca æſtiuas roſas mi-

locis eundem, copioſius tamen ex tillat, vt refert Alpinus; non erit ab re, antequã vlterius in Opobalſami attributis inueſtigãdis progrediamur; examinare primum, vter ſit odoratior, an ſcilicet ſuccus ſuſceptus è plantis inſertis, & hortenſibus, an vero è ſilueſtribus, & ſponte natis: vt rem paucis conſtringam, aſſero ſuccum illum è plãtis incultis; ſed in patrio loco viuentibus emanantem odoratiorem, perfectioremque eſſe vrbano; quia plantæ ſpontè naſcẽtes, cuiuſmodi eſt plãta Balſami, initium, patriũque ſolum habet à natura; nullius culturæ ambitioſa exiſtit, & ſi culturam mini-

latim locis placidi ſpiritus, & ſiccis prouenire.

Quod planta Balſami ſit odoratiſsima, tum colligitur ex Alp. loco proximè cit. vbi habet, ſi huius viridarij Balſamis olim refertiſſimũ terrã aliquãdo olfeceris etiã nunc ſuauiſsimum odorẽ redolere ſẽties, biſq; vel ter tantũ ſol ſuum peragrauit orbẽ, poſtqã hæ plantæ cuſtodum negligentia periere; Tum ratio ſuadet; cum enim huiuſmodi planta in locis ſiccis, placideq; aſpiratis proueniat, & viuat, & ſicca omnino ſit; nam frondis illius anguſtia, ſtipitis, & ramorũ exiguitas, & quod non particulatim, ſed toto corpore ſit odorata, euidentiſsima

ſunt

ſunt ſiccitatis argumenta. Quinimo Gal. 6. ſimpl.affirmauit ipsā deſiccare,& excalefacere ſecūdo exceſſu;Siccum autem parum habere humoris certum eſt;iam vero quod paucum eſt facillimè excoquitur, maximè æſtuante cœlo,odoris autem copioſa ſuauitas in excoctione conſiſtit,quæ olfactui cōgruat ex Theophr. ibidem c.27. Ergò ex re odorata nō poterit niſi odorabile efflue, re, cū orta ſuis principis ex Gal. neceſſario atteſtjentur.

Dum Opobalſamum canicularibus diebus cortice ſcarificato è caudice fruticis in lachrymæ modum deſtillat; perneceſſe non minus ſuauiſsimum, quam copio-

ſiſsi-

ſiſsimum ex ſe, ſine aliqua confricatione, vel motu debet in longinquum diffundere odorem. Quippè odor generatur à calore ſapidam ſiccitatem decoquente, & excitante, & quæ perfectius cocta ſunt ſuauius olent, nēpè neque citrà, neque vltrà mediocritatis, latitudinem; nam in defectu nullus, vel non iucundus generatur odor, & hinc crudiora nō olēt aut non iucundè, & in exceſſu; aut à calore deſtruente grauеolentia, & fœtor naſcitur, cum res adepto fine trāſeat in deterius; aut ab eodē exurente prorſus euaneſcit & perit; nam quæ exareſcūt, & torrētur odorem ammittunt, quòd videre eſt in ci-

cineribus ligni odorati; vt obſeruat præter alios idem Theophr. 6. de cauſ. plantarum cap. 29. & ob hanc cauſam odores, qui incendũtur flamma ex Ariſt. 12. probl. 6. minus ſentiuntur, quam qui cinere calido & celerius euaneſcunt, quod domentur abſumanturq. ab igne; moderatus igitur ſit calor concoquens in odoris generatione. Patet idipſum in fructibus odoratis dum enim maturantur, odoratiores fieri cernimus, quantò autem crudiores non dum expurgatis partibus excrementitijs, eò minus olent; lachrymæ, & ligna odorata quò magis ſole fruuntur, eò reddũtur odoratiora, in vmbro-

ſis

ſis autẽ eorũ odores minus perficiuntur. Moſchus pariter dùm recens ex animali, quod ipſum fert, extractus fuerit, fœtidum eſſe, aiunt, percoctus autẽ in ſole odoratiſſimus euadit quo Reges & Magnates vtũtur,& donã. tur. Atque ſuccus ille odoratiſsimus nutriendæ plantæ deſtinatus,& è radicibus per ſuas venas in vniuerſum corpus diſtributus,. & ad corticis plagam, tanquam ad laborantem locum, vt nodi in arboribus fieri ſolẽt,è venis demãdatus,recipit à feruenti ſolis ardore,ſuę tamen naturæ familiari, & conueniente,abſumpta,& in vapores reſoluta eius parte humidiore, perfectiorem coctionem,

nem, vt ex ſucci ſtillãtis albo colore licet intelligere; ſic etiam lac in mammis, ſemen in teſtibus, pus in abſceſſu,& ſedimentum in vrina per vlteriorem coctionẽ in albedinem ſecundum naturam tranſi erunt, & oſſa alba ſunt, quamuis ſanguine melancolico nutriantur, & muſculorum caro poſtquam nutrimentum optime cõcoxerit ad albedinem tendit magis,& minus; cutis etiam, ſeminale membrum, ex probe concocto ſemine prodiẽs exacte albaſit quantum autem à perfecta coctione deficit,tantum ab albedinis integritate; ergò ex perfecta huius ſucci coctione,de eiuſdem odoris valida ſuauita-

te

te ambigi non poteſt. Quod ſignificaſſe videtur Theophr. dum citato lib. cap. 22. ſcripſit. Ideo in locis calidis, & ſiccis plantas odoratiores prouenire; quia humore à quoſo exhauſto reliquum magis excoquitur.

Præterea ſi odoris ſuauitas reſultat ex Ariſt. in mixtis corporibus ex primarum qualitatum concretione dominante ſiccitate, calore humidum decoquente, & excitante; non eſt mirum ſi vbique, vt aiebat Gal. caliditas perficiat odores, & validiores à vehementiori, mitiores à mitiori oriantur, cum non parẽ calorem deſiderẽt omnia odorata, neq. ſimilem ſed alia maiorem, alia minorem

rem. Hinc vniuerſalis Mundi natura, quæ ſecundum ordinẽ primi agentis, quod eſt Deus, aut Cœlum omnia agentia inferiora accõmodatè diſponit, ſuum vnicuique odorabili accõmodatum, & proprium naſcendi tempus, & locum aſſignauit; vnde violæ odoris exilis gaudent vmbroſis, & non dum exacta hyeme incipiunt, manè maiorem, creſcẽte die minorem, meridie minimũ expirãt odorem. Roſa, quæ paulo maiorem habet odorem, maiorem requirit caliditatem, & ideo vere incipit; ſed in Sole æſtuoſo eius habetur odor, exterminaturque: Quocirca æſtiuas roſas mi-

nimum olere experimur ; & Indi, ac Arabes aquam roſaceam petũt è Regionibus noſtris. Itaq. cum odor Opobalſami perficiatur in regione, & anni tempore calidiſsimis ſtatuere oportet maximum eſſe eius odorem, & omnibus odoribus cum Plinio eſſe præferendum. Quod ita eſſe, confirmatur ex tẽperie calida, ſicca, pingui, & ſapore amaro ipſius Opobalſami. Etenim ſapor amarus principiũ eſt grati odoris; cum odoratum, quod amarum non ſit, reperire difficile ſit ex Theophr. 6. de cauſ. plant. cap. 23. nam dulcia raro ſunt odorata, intellige, natiuo odore, vt tradit Plin.

Plin.lib. 21. naturalis hiſtoriæ cap. 7. & copia exhalationis odoratę emanat à ſubſtantia calida, ſicca, & pingui. Quippè omnia, quæ olent, calida ſunt, aliter non poſſent vim odoris impertire, quia non exhalat, quod frigidũ eſt, & quæ magis olent, magis calida ſunt, quæ minus olent, minus calida, id, quod vel vinum ipſum ex Galen. 3. de ratione victus com. 20. facile denunciat, nam ſi odore caret imbecillum eſt, & frigidum; ſi multum afflat odoris, calidum, & vehemens exiſtimatur: ſed natura odoris maximè congruit cum pinguedine: Ideo Vnguẽtarij cũ oleo magis, quã

cũ alia ſubſtãtia odores excipiũt, vnde parantur varia vnguẽta precioſa. Imo Ambra odoratiſsima pinguedo eſt terrę: Moſchus, & Zibettũ, nõ ſine pinguedine ſunt animaliũ illa ferentiũ: Quinimo quilibethumor plãtę, vt ait Theop. lib. 9. de hiſt. plãt. ca. 1. qui in lachrymæ modũ gignitur; ſi aliqua pinguedine cõſtet odoratus notatur, vt Mirra, Balſamũ qui cõtra pinguedine caret; hic ſine odore prouenit, vt gũmi & amigdalæ lachryma.

Quoniam vero planta Balſami, ne dum in patrio, & natiuo ſolo ſuccum illum eximiũ ſubſidere exprimit, & trãſmittit ad corticis inciſuram; ſed etiam inſerta in viridarijs, pinguibuſque

locis

locis eundem, copioſius tamen ex tillat, vt refert Alpinus; non erit ab re, antequã vlterius in Opobalſami attributis inueſtigãdis progrediamur; examinare primum, vter ſit odoratior, an ſcilicet ſuccus ſuſceptus è plantis inſertis, & hortenſibus, an vero è ſilueſtribus, & ſponte natis: vt rem paucis conſtringam, aſſero ſuccum illum è plãtis incultis; ſed in patrio loco viuentibus emanantem odoratiorem, perfectioremque eſſe vrbano; quia plantæ ſpontè naſcẽtes, cuiuſmodi eſt plãta Balſami, initium, patriũque ſolum habet à natura; nullius culturæ ambitioſa exiſtit, & ſi culturam mini-

mè reſpuat; odor, qualitaſque odorifera inhęret dicto ſucco ſecūdum naturā: At natura eſt prior hortis, & arte; ſemperque id ſpectat, quod optimum eſt; nec quicquā fruſtra agere poteſt; & id ſecundum naturam eſſe cenſemus, quod in ſe principiū, motus poſſidet, & quietis. Ars imitatur naturam; Nec cultus, & huiuſmodi adhibita cura naturæ poteſt auxiliari; niſi ad finem deſtinatū ex Theo. phr. 3. de cauſ. plant. cap. 1. Præterea odor comparatur coctione, quod paucum eſt melius excoquitur; quam multum, & coctio melior perficitur à calore valido, quam debili; Atqui planta

Bal-

Balſami in patrio Solo attrahit ſolummodo tantum alimenti; quantum concoquere poteſt, & eſt calidior plantis cultura cuſtoditis; Radices enim plantæ altè in ſolo pingui deſcendentes, imaquè ſubeuntes ſuccoſa,plus alimenti attrahũt, quam concoquere poſſint; quod nõ in gracili,minuſq. alta tellure facere poſſunt: Hac enim radices per ſumma adhærent; minuſq.alimenti, & quantum compe-tat hauriunt. Cultura autem dum terram fodit, agitat, conficit, radices plantæ nudat, ramoſque amputat, & ſuperuacanea abſcindit;planta ob acceptum vulnus in ſuperioribus parti-

bus, & ob agitatam tertam, denudataſque radices laborat, friget, contrahiturque in exiguum; & ideo inculta prius, quam culta germinare incipiunt, vt ficus, olea, vitis, malus, & reliquæ, quoniã calorem valent amplius retinere, quia calor ad generationem mouere arbores poteſt, & culturæ, alimentorumq. copia plantæ effeminantur, vt ſcripſit Theophr. 6. de cauſ. plant. c. 18. Idipſum fatetur etiam aduerſarius Baldus in ſuis propugnationibus pag. 11. §. ad quartũ &c. immo clarius pag. 56. §. neq. Euonimus verſic. nec mirum, vbi affirmat omnino patrium, & Arabicum Opobalſamum eſſe

eſſe perfectius Aegiptiaco, & Paleſtino. Cum vero pag. 7. 10. 12. & 44. totum oppoſitum ſcribat, nimirū Opobalſamum Aegiptiacū ob culturā eſſe præſtātius, & magis laudabile, quam Arabicum; dubitari non poteſt, quin ſibi contradicat, & ideo in hac materia non debeat audiri.

Nec facit quod Theophr. ſæpius dicat, culta meliora euadére; negletta agreſtia fieri; & non nulla è Silueſtrium numero in vrbanum habitum cultura tranſire; quia ſcribit hæc contingere, quò ad dulciorem ſaporem, non autem, quò ad ſuauiorem odorem; vt ex eodem colligitur pluribus

in locis; vt 2. de cauſ. plāt. cap. 21. vbi habet, loca ferè tota ſicca, & Cœlum eiuſmodi odoratiora efficiunt; quamobrem agreſtia odoratiora ſentimus; & 6. de cauſ. plant. cap. 27. plantæ ſilueſtres odoratiores vrbanis, & quæ in apricis poſitę ſunt præſtantiores vmbratilibus extant, præcipuè quæ meriedem ſpectant, quæ quidem omnes minus alimenti attrahunt, meliuſque quod hauſerint concoquunt; lib. 4. de hiſt. plant. cap. 17. omnia ſuis locis meliora proueniunt; & clarius 3. de cauſ. plant. c. 1. agricolatio tùm alimenti copiam, tùm pinguedinem efficit; Ager enim agitatus, confectuſque plus

pa-

pabuli præſtat, & ſapores immutat; quarè rectè idem poſtea c. 24. concludit fructus agreſtes odoratiores eſſe vrbanis ſui generis. Et rationi quidem conſonum videtur; quia licet maximũ conſortium, & quaſi germanitas ſit inter ſaporem, & odorem, cum ſapor quoque à ſicco efficiatur in humido: differunt tamen ex Ariſt. 2. de anima te. 100. in eo, quod odor habet plus ſicci, & ſapor plus humidi; & ſicut ex exceſſu humidi odor imbecillitatur; vnde res odoriferæ ſi nimium humectentur, inodoratæ reddũtur: Ideoq. in Aegipto flores minimè odorati ſunt, quia incũbat illis roſcidus, & nubiloſus

aer à Nilo Flumine; Quin vèro, vt notauit Hipp. lib. de carnibus, ſeù de principijs, & ipſum organum olfactus, cum pituitoſo defluxu, aut aliquouis humore ſcatet, odorem minus sẽtit. Eſt enim quædam inſtrumenti cum proprio ſenſibili naturalis conſenſio, & cognatio. Sic pariter ex exceſſu ſicci ſapor langueſcit; quod probat ſiccitas linguę febricitantium. Conſtat igitur maiorem coctionẽ requiri ad odoris, quam ad ſaporis generationem; & hoc innuere voluit Ariſt. citato lib. de ſenſu, dum ſcripſit ſapores natura priores eſſe odore; & argumentum etiam eſt; quod dulcia per

vlte-

vlteriorem coctionem amara fiunt, & ſalſa; qua ratione pituita dum excoquitur, ſit ſanguis, & ſanguis vlterius calefactus bileſcit ex Hipp. 2. acut. tex. 30. Itaque nõ in ſapore dulci reperitur plenitudo illa odoris; ſed magis in amaro, & acri, & tãdem in ijs, quę guſtui ſunt in ſuauia, vt tradit idem Theophr. quia humor percoctus in dulcedinẽ minus exhalat. Quamobrem cum in plantis vrbanis multitudine alimenti, & cultura effemminatis, non fiat abſoluta illa ſucci excoctio; quę ſit in plantis incultis, ingenito calore validis, nec alimenti copia grauatis; non eſt mirum, ſi ſuccus ille ex

plan-

plantis vrbanis elicitus, ſit minus odoratus; quam ex incultis. Omnino enim in odoris ratione, vt aiebat citatus Theophr. non debet alimentum excedere, nec deficere, nec auerſum eſſe ſubiectis. Quippè quod excedit coctioni impedimẽto eſt; quod deficit, velut materia caret, quod alienum eſt, fungi naturę officio nequit.

Verum enim vero cum quatuor ſint odorum genera, acutus, lenis, ſeu exilis, grauis, & medicatus, de quibus ſæpe loquuntur Dioſc. & Theophr. Opobalſami orientalis odor, non eſt medicatus, cum non ſit cum diſplicentia, vti ſunt medicamenta purgantia; ſed vali-

dè

dè delectet; nec eſt grauis,
quia eſt tenuuium partium;
& ille vaporoſam, & craſsã
indicat ſubſtantiam, qualis
in corpore; vndè exhalat,
reperitur; nec pariter eſt
exilis, cum oriatur ſub ſide-
rè, & tractibus ęſtuoſis. Sed
eſt acutus, non ſolùm quà
validè ferit olfactum, ita vt
aliquibus, referente Alpino,
ſanguinem inter odorandũ
è naribus elicuerit, ſed etiã
quia ex ſe ſe ſine aliqua cõ-
fricatione, vel motu in lon-
ginquum diffundit odorẽ;
& veriſimile quidem eſt, nã
ſicuti qui lapidem iaciunt;
ſi valido ſint ad longius, ſi
imbecilles ad breuius ſpa-
cium iaciunt; & ſicuti Ro-
ſa, Violę, & herbæ corona-
riæ,

riæ, quæ ſunt exilis odoris ex ſe in ſpacium non breue emittunt odorem; ita Opobalſamũ odoris validi multo maiorem, & in lõgius interuallum ex ſe, abſq. aliqua confricatione, vel motu debet odorem exhalare. Quod perbelle ſignificauit Theophr. dum 9. de hiſt. plan. c. 6. ſcripſit Opobalſum inferre odorem eximium, copioſũ adeo vt ſubito ſpatium per lõgũ odor valeat permeare. Hunc tamen copioſũ odorẽ eximius iſte ſuccus odoratiſſimus expirat ſolù m vſq. ad ſenectutem; vti aſſerunt Dioſc. & Alpinus, dicentes, ille citato loco ſeneſcens craſeſcit, deteriorq. redditur iſte ſeneſcens craſſum, in-

inſtar terebentinæ euadit, nam calore natiuo eius imminuto, omnia remiſſa fiũt, & percipiũtur; quemadmodum in animalibus cõtinuo contingere videmus in quibus inclinante ætate actiones omnes imminui incipiunt, ſemperq. poſtmodum decreſcunt, vſque quò tandem pœnitus deficiant.

Cum vero Alpinus in Opobalſamo quatuor conſtituat tẽpora, ſeu ętates quinquennio conſtantes, putà pueritiam, adoleſcentiam, conſiſtentiam, & ſenectutẽ; proculdubio ſenectus eiuſdẽ Opobalſami incipiet ab eius ortu, anno decimoquinto. Nec Dioſc. huiuſmodi ætates in Opobalſamo infi-

cia-

ciatur, quamuis de eiſdem, vt Alpinus explicitè non loquatur. Etenim dũ ſucco iſti pretioſiſsimo aſſignat ſenectutem, & ad eam deueniri nequeat ſine neceſſario tranſitu per antecedentes ætates; cum rerum creatarũ viuere ſit continuus quidã motus ſucceſſiuus ab vno termino ad aliũ, firmo nunquam remanente primo, vt termino eodem, ac acquiſito; vnde Senex non videt, vt Iuuenis, quia non habet oculum, vt Iuuenis, 1. de anima tex. 65. & lib. de memoria, & reminiſcẽtia; profectò tacitè, vt Alpinus, affirmat ipſum nunc ſeneſcẽs fuiſſe puerum, adoleſcentem; & ætatis conſiſtentis.

Præ-

Præterea cum Dioſc. nō loquatur, niſi de Opobalſamo recente, & ſeneſcente, dicendum eſt ſub dictione, recentis, Dioſc. voluiſſe intelligere tres primas ętates neceſſario ſenectutem ātecedentes; tum quia tranſitus ab vno extremo ad aliud ſine medio fieri non poteſt 5. Phyſ. tex. 22. tum quia recenti apud latinos antèponitur recentius, & recentiſſimum. Quarè recentiſſimū erit Opobalſamum in pueritia, recentius in adoleſcētia, recens in conſiſtente ætate; ſenſit id ipſum Alpinus dum cap. 4. ętates Opobalſami deſcribens, dixit. Odor non minus, & ſapor in recentiſſimo validiſſimus

eſt,

eſt,in medio tempore odor ſit ſuauior, demum in ſenio omnia remiſſa fiunt. Ergò ſi ex Alpino Opobalſamum pueritię ætatem agens, vocatur recentiſſimum,in medio tempore, in adoleſcentia ſcilicet, & conſiſtentia, quæ medium tenent inter pueritiam, & ſenectutẽ huius nobiliſſimi liquoris, vocabitur, vt dicebamus, recentius,& recens;nam poſt ſuperlatiuum in genere recentis, ſequitur immediatè comparatiuum, & poſt hoc poſitiuum. Accedit quod Dioſc. vocauit Opobalſamũ recens reſpectu virium, non autem reſpectu ortus,& temporis,dum ſcripſit; ſucci probatio eſt, vt
ſit

ſit recens validi odoris. At cum validus odor in Opobalſamo nō incipiat decreſcere,& imminui, niſi aduenīēte ſenectute;nempè poſt decimumquintum ſuę ætatis annum;& cum à ſuę collectionis, & deſtillationis, tempore vſque ad ſenectutem ſemper augeatur, ſuauiorque fiat; dubitari nequit,quin Dioſc. adhibuerit ictionem, recens, loco vientis, ad differentiam ſeeſcentis, & inualidi ob delitatum, reſolutumque lore.

Quod vt tradebamus or Opobalſami ab ortu vſe ad ſenectutem conti ò augeatur,ſuauiorq.fiat, etur ex Alpino in proxi-

ximè relata periodo, ita ſcribente, odorē in medio tempore fieri ſuauiorem: Sed cum per medium tēpus intelligat duas illas ætates inter pueritiam, & ſenectutē eiuſdem Opobalſami ſitas, & percurrentes, & cū odor generetur per coctionem, & odoris ſuauitas ex perfectiori coctione habeatur; atq. beneolentis materię intrinſecus calor ſit præcipuè coctionis auctor; qui eodē modo, tempore, & intentione procedit in vtriuſque generatione; fateri oportet, odoriferam materiam non poſſe maiorem adipiſci ſuauitatem, ſinè maiori odore tum quia idem manens idē 2. de gener. tex. 56. ſemper na-

natum eſt facere idem; & ſimiles actus ſimiles generãt habitus 2.ethic.c.1.& 2. tum quia ſuauitas eſt finis ſecundum naturam, & terminus ad quem odoris beneolentis, de quo loquimur, nã quod perficitur maiorem ſemper in ſuo eſſe acquirit perfectionem, & quod concoquitur concoctionem, & ſicuti finis melius eſt ijs, quę ſũt ad finem 2.Phyſ.tex.31. ſic medium, & principiatũ melius eſt, & perfectius ſuo principio. Quod egregiè, ſignificauit Gal. 4. ſemp. c. 22. dũ ſcripſit. Et nõ protinus quicquid odoratũ eſt, ſuaue eſſe intelligitur, vbi um dicto, protinus, æquivolleat dictioni ſtatim, mox,

&

& huiuſmodi, ac ſit ordinatiua; interpretari debet in principio, & non dum adepto fine; etenim odor tunc ſolum ſuauis, & ſpiritui in cerebri ventriculis contento familiaris percipitur, quã do iã adepto fine ſibi a natura ſtatuto, ceſſat ab omni motu, & operatione ad illũ finem aſſequendum faciente; ſed quod coctione omnia fiant ſuauiora, & magis odora, res eſt manifeſta non ſolum in rebus ſecundũ naturam E.G. in fructibus, qui dũ matureſcunt odoratiores, & ſuauiores redduntur, ſed etiã in rebus præternaturã; quia vbi natura putridã & corruptã rem corrigit nullus, vel leuis fœtor adeſt,

vt

vt in pure videmus fieri; quod quò meliùs à natura elaboratur, eò minorem fœtorem habet, quò verò minus elaboratum eſt, eò magis fętet, cum fœtor ſemper ſit ſequax ipſius putredinis, vt teſtatum habemus apud Gal. 5. de Simpl. med. c. 15.

Sed dices Opobalſami odorem in medio tempore ſuauiorem euadere ſola fœcum expurgatione, non autem vlteriori coctione; cum ibidem dicat Alpinus, peractoque quinquennio, quod tempus pueritię datur, purgatur, fæcemque in fundum vaſis deponit, maximè cùm tunc tẽporis ex eodẽ tenuiſſimum fiat, & coctio incraſſet, cum actione caloris in co-

ctione permiſceatur humidum cum ſicco terræ, & humidum à calore quaſi diluatur, extenueturque; & reſoluatur; neceſſe eſt, id, quod conſequitur partibus tenuioribus reſolutis, & diſſipatis craſſius euadere, cum ſola aqua, vt inquit Ariſt. 4. Meteor. poſt elixationem non craſſeſcat quia cum ſit corpus ſimplex, & non habeat ſuccum terreum poteſt humidum diſſolui, & diminui, non tamen ipſa craſeſcere; quod elegãter ſcripſit Auic. 2. 1. Doct. 2. cap. 16. de diſpoſitionibus aquarũ poſt principium §. & torpidi quidam Medicorum, &c. quarè non coctione, ſed ſola fœcum expurgatione odor Opobalſami

ſami in medio tempore ſuauior euadit.

Reſp. fœcum illam purgationem adhuc fieri mediante coctione, quæ licet perpetuò incraſſet, conſiderato effectu caloris coquentis in re cocta ſimpliciter, attamen ex accidēti reddit cocta tenuiora expurgatis recremētis ſic in praxi quotidie videmus vrinam craſſam per coctionem extenuari, non ratione coctionis; ſed ſeparatione quarundam partium craſſarum, quæ cum re coquenda erant confuſæ; Nec ſanguis eſt tenuior chylo, nec chylus pane, & carne, niſi poſtquam recrementa per coctionem sūt ſeparata. Hinc fit vt craſsiſsimus hu-

mor dum à naturali calore concoquitur, reddatur per accidens minus craſſus, quia inter coquendũ ſecedit portio craſsiſsima, quarè non eſt mirum ſi coctum muſtũ, tenuius ſit ſe ipſo crudo, quia actione caloris partes craſſæ ſubſident. Et Opobalſamum cum in medio tẽpore non dum deuenerit ad illam odoris ſuauitatem ſibi à natura aſsignatam, extenuatur; quod calor proprius & ingenitus coctionis opifex ſapidam ſiccitatem, odorum omnium materiam indeſinenter concoquens, & elaborans, partes craſsiores ſegregat à tenuioribus; & cũ illæ in fundum vaſis deſcendant; hæ vtpotè de puratæ
ab

ab humiditate excremẽtitia ſuauius olẽt; & ob eadẽ cauſã vinũ vetus, quod in dolijs diutius cõcoquitur, atten ua turque odoratius euadit, & in ipſo dolio pars vini, quæ eſt, iuxta fœcẽ minus redolet. Quamobrẽ merito Alpinus citato capite arbitratur Plinium deceptum fuiſſe; quod putauerit huius ſucci lachrymam fricando percipi odoratam, cum tantum id poſſe contingere, affirmet in ſenectute, abſoluta ſcilicet, & perfecta coctione, & habito ennarrato fine, cum vnaquæque res adepto ſuo naturali fine, & fato tranſeat in deterius. Itaque licet ſimpliciter illud aſſerere. Omnia quæ vigent præſtan-

tiora, tum ſapore, tum odore intelligi, modo finem hũc natura illis ſtatuerit ex Theophr. 6. de cauſ. plant. cap. 25.

Satis hactenus de odoris copia, & ſuauitate è Balſamo expirãtis locuti fuimus, occaſio iam exigeret ad habẽdam abſolutiſsimam Balſaſamici odoris quidditatem, vt etiam de eiuſdem odoris ſpecie aliquid ſcriberemus; cum vnius cuiuſque rei proprius ſit odor, quo ab alijs odoratis differt, & quo ſolo res ipſas ſæpè dignoſcimus. Verum quia antiqui Auctores ob obtuſum fortè odoratus ſenſum; quò inter animalia homo eſt præditus ex Ariſt. 2. de anima tex. 92. nõ ali-

aliter odorabilia diſtinguere potuerunt, quam in beneolentia, & graueolentia, & Dioſc. Plin. Theophr. Auic. & alij non aliter Opobalſami odorē delinearūt, quàm validitate, vehementia, copia, & ſubtilitate; vt apud ipſos videre eſt. Idcirco nos adhærebimus ſentētię Proſ. Alpin. ſcribentis cap. 4. citat. dialog. Opobalſamum in pueritia odorem expirare validiſsimum, in medio tempore eiuſdem odorem fieri ſuauiorem thus, & terebinthum redolentem, cum ſuauiori tamen odoris fragrantia, & in ſenio fieri inodoratum.

Licet inter attributa, quibus Balſami ſuccus ab adul-

terato, & factitio facillimè diſtinguitur, reponantur à Dioſc. quod inſtillatus in pãnum laneum maculã ibi non faciat, & in lac illud coagulet, & in aquam celerrimè diſſoluatur, & colore lateſcat; attamen iſta non ſunt attributa propria, & immediata Balſamici ſucci materiam neceſſario conſequentia; ſed ſunt ipſius Balſamici odoris germina, & immediati effectus, cum hæc non accidant amplius vetuſto Opobalſamo, & reddito inodorato. Quippè cum odoris natura tenuis ſit, leuis, & calida, aliàs inuiſibiliter non aſcenderet, neque calefaceret; cumque ſit in continua dimiſsione ſpirituoſæ quali-

litatis odoriferæ in aerem, ſeu aquam, non eſt mirum; ſi ſuccus iſte inſtillatus in pannum laneum maculam non faciat, ſeu relinquat, nã quà tenuis, & leuis non adhæret, vel ſi paululum adhęreat, quotidie, vt aiebat Alpinus, decreſcit, diſſoluitur, & euaneſcit; nam quà eximiè odoratus in vapores cito reſoluitur; ſic aliqui flores ſiccati non olent; quia tota exhalauit tenuis illa ſubſtantia, in qua odor erat, & roſæ pariter poſt extractam aquam roſaceam per deſtillationem nullum, vel perexiguum emittunt odorem; quia aquoſa illa pars odoris materia igne excalefacta, & attenuata in vapores fuit ſo-

luta. Ita etiam ſi idem Balſami ſuccus in aquam, ſeu lac inſtilletur, præ tenuitate diſſoluitur, præ lenitate non deſidet, ſed parum mergitur, continuoque aſſurgit, præ ſpiritibus tenuibus odoriferis ab aqua ſuſceptis, vel etiam ex cutis craſeſcit, & dealbatur, eo prorſus modo, quo in animi deliquio ex nimia ſanguinis euacuatione palleſcit laborãtis facies. Et eximio ſuo odore lac coagulat; ſed diuerſo modo, ac coagulum, hoc enim nõ coagulat, niſi per realem, & viſibilem contactum, & cum lacte vnitum coagulatur, vt patet ex caſeis, qui enim ſuillo coagulo fuerit compactus dulcis eſt, qui ouillo, acris, &
ad-

admodũ ori sẽſibilis, & palato temporis curriculo videtur. Ille, ſuccus nempè Balſami coagulatur in ſuperficie lactis, & tamẽ lactis partes, quas per odoriferos ſpiritus inuiſibiliter poteſt tãgere omnes coagulat, ſiquidem quà eximiè odoratus effundit in lactis intrinſecas partes non nudam, & ſimplicem qualitatem intentionallem, vt colores; ſed odoriferum ſpiritum, & exhalationem aliquam corpoream, & vt per inuiſibilem eiuſdem emiſsionem cerebrum calefacit, venas narium aperit, pulmones exſiccat, ſpiritus debilitatos recreat, & nutrit ex ſuperius enunciatis; ſic lac à ſuo ſero diuidit, & ſe-

gregat. Ergo velut cera formam accipit ab anulo ſinè auro; ita pariter lac recipit ab Opobalſamo coagulationem ſinè Opobalſamo; cum vt dicebamus, coaguletur in ſuperficie lactis, & ſtylo totum inde coagulatum excipiatur; Atque id ſonant verba illa Dioſc. actiuè prolata, nempè lac coagulat; quia inter agens, & patiens requiritur approximatio, ideſt, vt eorum ſuperficies extimæ ad inuicem ſe contingant, ita vt vnum agere queat, aliud vero pati, non autem adunatio ſaltem ſubſtantiæ corporalis viſibilis, præſertim in odoratis, à quibus fit etiam actio in remotum per

per ſubſtantiam ſpirituoſam inuiſibilem, vt ex dictis euidenter colligi poteſt.

C A-

CAPVT II.

CVM Superiori capite non omnia; ſed ea ſolùm attributa ſedulo examinauerimus, quę coniunctim ſoli Opobalſamo, & ſemper adeo conueniunt; vt non tantum ex ijs, ab alijs ſimplicibus ſuſtantijs diſtinguatur; dignoſcaturque, ſed etiam ab adulteratis, ementitiſque Balſamis; cum nullus alius liquor; nec cum eodem Opobalſamo permixtus, potuerit vnquam à Pharmacopolis huc vſque

vſque parari, qui eadem omnia coniuntim poſſideret, & repreſentaret; Methodus iam à nobis propoſita expoſcit vt modo videamus, an examinata attributa reapſe congruant controuerſo liquori, Aduerſarij aſſerunt omnia, verum non adamuſſim illi conuenire, doctiſſimus euonimus, nempè Leonardus Giſlenus huius Romani Collegij decus, & Medicus ſecundus à Decano. Collegium Aromatariorum Vrbis controuerſiæ auctor, quibus nos rei veritate compulſi, & ob publicam vtilitatem, ac Medicinæ decorem, vt alias expoſuimus, libenter aſſẽtimur, & adhęremus, nullum aliud attributum in eo,

eo obſeruare potuerunt, ex repetitis ſæpius experimentis; quam in aqua, ſeu lacte nō deſidere, celeriter liquari, in ſuperficie dilatari, ibiq. coagulari, atque inde poſſe ſtylo excipi. Itaque diſcrepantia conſiſtit in facto; quę ſenſu viſus, & olfactus ab vnoquoque; vel parum erudito poteſt facillimè dirimi, & iudicari. Quarè D.D.Conſultores, de quorum voto ex commiſſione Santiſsimi D. N. Papæ Vrbani Octaui Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D.A.C. met debet in hac controuerſia ſentẽtiam definitiuam pronunciare; quoniam pollent ſenſu viſus odoratus, & guſtus, ſuntque viri integgerimi, ditiſsimi, &

Me-

Medici eximij elegantibus argumentis, vel aliter non ſinent ſe decipi, vel corrũpi. Ideò nos eius factitij liquoris veras qualitates exponemus, expoſitas ab aduerſarijs tanquam falſas, & ſubiectæ materię minus congruentes reijciemus; ij verò ſolum Deum habentes præ oculis votum pro veritate conficient, & propalabunt.

Cum liquor, ab aduerſarijs nuncupatus orientale Opobalſamum, ſit potius odoris ingrati, quàm grati; ſitque potiùs odoris grauatiui, quàm acuti; habeatque odorem confuſum ex Iunipero, & Terebentina, & propterea non proprium, nec vllo pacto correſpondentem ſua

uiſsi-

ribus huius Collegij, non minus doctis, quàm oculatis, & prudentibus.

Sed vt rei veritas, quæ cã. didè, & ſyncere ſine vlla cõtradictione in re tanti negotij ab vnoquoque debet expeti, magis, magiſque eluceſcat, accedendum modo eſt ad D. Baldum Baldum Medicum eximium, & Manfredici Balſami eloquentem propugnatorẽ, & ideo Collegij Aromatariorum acerrimum oppugnatorẽ nõ tamẽ (veritate fauente) triumphantem expugnatorem, & videndum, quid ipſe ſentiat de odore veri Opobalſami deſcripto, & delineato à Dioſc. Plin. Paus, Theophr. Alpino, & alijs, & quid ſentiat

tiat de ſubſtantia, odore, cæteriſque qualitatibus ſa-ctitij illius liquoris adhibiti; eius etiam approbatione in confectione Theriacæ a dictis duobus aromatarijs.

Ita D. Baldus negat odoris ſuauitatem in orientali Opobalſamo, ac ſi ipſe quoque inſtar Gal. nauigaſſet in Iudeam, & ibi proprijs oculis vidiſſet ſuccum illũ odoratiſsimum è plaga ſuæ plantæ ferreis vnguibus, vel cultellis vitreis, aut oſſeis, aut eburneis, ſeu aliter ſub æſtu illatam reſudare, & particulam illius tamquam regulã, factitijs agnoſcẽdis ãte oculos sẽper haberet. Sed quò rem cõſequatur ingnorãs, ſe con-

ſuta. Ita etiam ſi idem Balſami ſuccus in aquam, ſeu lac inſtilletur, præ tenuitate diſſoluitur, præ lenitate non deſidet, ſed parum mergitur, continuoque aſſurgit, præ ſpiritibus tenuibus odoriferis ab aqua ſuſceptis, vel etiam ex cutis craſeſcit, & dealbatur, eo prorſus modo, quo in animi deliquio ex nimia ſanguinis euacuatione palleſcit laborãtis facies. Et eximio ſuo odore lac coagulat; ſed diuerſo modo, ac coagulum, hoc enim nõ coagulat, niſi per realem, & viſibilem contactum, & cum lacte vnitum coagulatur, vt patet ex caſeis, qui enim ſuillo coagulo fuerit compactus dulcis eſt, qui ouillo, acris, &

ad-

admodũ ori ſẽſibilis, & palato temporis curriculo videtur. Ille, ſuccus nempè Balſami coagulatur in ſuperficie lactis, & tamẽ lactis partes, quas per odoriferos ſpiritus inuiſibiliter poteſt tãgere omnes coagulat, ſiquidem quà eximiè odoratus effundit in lactis intrinſecas partes non nudam, & ſimplicem qualitatem intentionallem, vt colores; ſed odoriferum ſpiritum, & exhalationem aliquam corpoream, & vt per inuiſibilem eiuſdem emiſsionem cerebrum calefacit, venas narium aperit, pulmones exſiccat, ſpiritus debilitatos recreat, & nutrit ex ſuperius enunciatis; ſic lac à ſuo ſero diuidit, & ſe-

gregat. Ergo velut cera formam accipit ab anulo ſinè auro; ita pariter lac recipit ab Opobalſamo coagulationem ſinè Opobalſamo; cum vt dicebamus, coaguletur in ſuperficie lactis, & ſtylo totum inde coagulatum ſexcipiatur; Atque id ſonant verba illa Dioſc. actiuè prolata, nempè lac coagulat; quia inter agens, & patiens requiritur approximatio, ideſt, vt eorum ſuperficies extimæ ad inuicem ſe contingant, ita vt vnum agere queat, aliud vero pati, non autem adunatio ſaltem ſubſtantiæ corporalis viſibilis, præſertim in odoratis, à quibus fit etiam actio in remotum

per

per ſubſtantiam ſpirituoſam inuiſibilem, vt ex dictis euidenter colligi poteſt.

C A-

CAPVT II.

CVM Superiori capite non omnia; ſed ea ſolùm attributa ſedulo examinauerimus, quę coniunctim ſoli Opobalſamo, & ſemper adeo conueniunt; vt non tantum ex ijs, ab alijs ſimplicibus ſuſtantijs diſtinguatur; dignoſcaturque, ſed etiam ab adulteratis, ementitiſque Balſamis; cum nullus alius liquor; nec cum eodem Opobalſamo permixtus, potuerit vnquam à Pharmacopolis huc vſque

vſque parari, qui eadem omnia coniuntim poſſideret, & repreſentaret; Methodus iam à nobis propoſita expoſcit vt modo videamus, an examinata attributa reapſe congruant controuerſo liquori, Aduerſarij aſſerunt omnia, verum non adamuſſim illi conuenire, doctiſſimus euonimus, nempè Leonardus Gislenus huius Romani Collegij decus, & Medicus ſecundus à Decano Collegium Aromatariorum Vrbis controuerſiæ auctor, quibus nos rei veritate compulſi, & ob publicam vtilitatem, ac Medicinæ decorem, vt alias expoſuimus, libenter aſsẽtimur, & adhęremus, nullum aliud attributum in

eo,

eo obſeruare potuerunt, ex repetitis ſæpius experimentis; quam in aqua, ſeu lacte nõ deſidere, celeriter liquari, in ſuperficie dilatari, ibiq. coagulari, atque inde poſſe ſtylo excipi. Itaque diſcrepantia conſiſtit in facto; quę ſenſu viſus, & olfactus ab vnoquoque; vel parum erudito poteſt facillimè dirimi, & iudicari. Quarè D.D. Conſultores, de quorum voto ex commiſſione Santiſsimi D. N. Papæ Vrbani Octaui illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D.A.C. met debet in hac controuerſia ſentẽtiam definitiuam pronunciare; quoniam pollent ſenſu viſus odoratus, & guſtus, ſuntque viri integgerimi, ditiſsimi, &

Me-

Medici eximij elegantibus argumentis, vel aliter non ſinent ſe decipi, vel corrũpi. Ideò nos eius factitij liquoris veras qualitates exponemus, expoſitas ab aduerſarijs tanquam falſas, & ſubiectæ materię minus congruentes reijciemus; ij verò ſolum Deum habentes præ oculis votum pro veritate conficient, & propalabunt.

Cum liquor, ab aduerſariis nuncupatus orientale Opobalſamum, ſit potius odoris ingrati, quàm grati; ſitque potiùs odoris grauatiui, quàm acuti; habeatque odorem confuſum ex Iunipero, & Terebentina, & propterea non proprium, nec vllo pacto correſpondentem ſua uiſsi-

uiſsmo odori Orientalis Opobalſami; cum nemo vnquam è ſcriptoribus hucuſque ſcripſerit Opobalſamũ redolere odorem Iuniperi; cumque præterea præfatus liquor confricatione tantũ effundat odorem illum exilem; qui vix in breuiſſimo ſpacio olfactu percipitur, & inſtillatus in pannum laneũ, & lac ibi relinquat maculã, quæ aqua non abigitur, & iſtud non coagulet, vt quilibet vidit elapſis menſibus in contradictorio habito corã D.D. meis, & datur vniquiq; videndi locus; cum Illuſtriſſimus, & Reuerendiſsimus, D. Collicula, qui eius liquoris vaſculum plenum apud ſe conſeruat, ab aduerſarijs
ei-

eidem exibitum, nemini deneget, tam illud videre, olfacere; quàm illius omnem facere experientiam; aſſerẽdum vtique eſt debere potius illum nuncupari Manfredicum Balſamum à fautore; quàm orientale, verum, & genuinum illud è plaga Balſamici fruticis deſtillãs; quo in compoſitione Theriacæ Andromacus ſenior; Gal. & quodquod ex antiquis Theriacam rectè confecerunt, vtebantur, & vti debent Aromatarij Vrbis, & totius ſtatus Eccleſiaſtici, vel eius ſuccedaneo in Antidotario Vrbis proprio capite de medicamẽtis ſubſtitutis olim declarato, & aſsignato à Medicis illis ſenioribus.

ribus huius Collegij, non minus doctis, quàm oculatis, & prudentibus.

Sed vt rei veritas, quæ cãdidè, & ſyncere ſine vlla cõtradictione in re tanti negotij ab vnoquoque debet expeti, magis, magiſque eluceſcat, accedendum modo eſt ad D. Baldum Baldum Medicum eximium, & Manfredici Balſami eloquentem propugnatorẽ, & ideo Collegij Aromatariorum acerrimum oppugnatorẽ nõ tamẽ (veritate fauente) triumphantem expugnatorem, & videndum, quid ipſe ſentiat de odore veri Opobalſami deſcripto, & delineato à Dioſc. Plin. Paus, Theophr. Alpino, & alijs, & quid ſentiat

tiat de ſubſtantia, odore, cæteriſque qualitatibus factitij illius liquoris adhibiti; eius etiam approbatione in confectione Theriacæ a dictis duobus aromatarijs.

Ita D. Baldus negat odoris ſuauitatem in orientali Opobalſamo, ac ſi ipſe quoque inſtar Gal. nauigaſſet in Iudeam, & ibi proprijs oculis vidiſſet ſuccum illũ odoratiſsimum è plaga ſuæ plantæ ferreis vnguibus, vel cultellis vitreis, aut oſſeis, aut eburneis, ſeu aliter ſub æſtu illatam reſudare, & particulam illius tamquam regulã, factitijs agnoſcẽdis ãte oculos ſẽper haberet. Sed quò rem cõſequatur ingnorãs, ſe con-

controuerſiam non habere cum idiotis, teſtes vno omnium conſenſu in plantarũ materia inſignes, & fide citra vllam cõtrouerſiam digniſſimos; vt putà. Dioſc. Plin. Paus; Theophr. & alios huic ſuæ aſſertioni contrarium ſcribentes, ſtatuenteſque, tentat vel excludere, vel in ſuam opinionem noua verborum explicatione trahere, & quaſi per vim ducere: etenim pag. 10. §. ad ſecundã oppoſitionem, &c. Pliniũ, Pauſ. nunquã fortè ſuis naribus admouiſſe verũ Opobalſamum ſcribit, & pag. 28. §. quod ſpectat, &c. ait Theophr. ex aliorum, & non propria ſententia loqui. Dioſc. vero ſententiam vti à duobus

bus teſtibus oculatis circa notas iſtius ſucci firmatam; nempè à Mattiolo rei herbariæ omnium calculis peritiſſimo, & à Gal. qui 1. de antidotis cap. 13. circa notas Opobalſami ſtandum eſſe ijs, quæ à Dioſc. de ſcribuntur, teſtatus eſt, non auſit attingere; ſed tantum illius verba doloſè interpretatus eſt. Dioſc. enim habet; Opobalſamũ eſſe validi odoris; hoc eſt, ait Baldus, acuti non ſuauis. At quæ interpretatio eſt iſta; non ne odor acutus tàm dicitur de ſuaui, quam de inſuaui, dummodo valdè feriat olfactum, & non minus Moſchus, quam caſtoreum inter odores acutos re cenſentur? cur ergo exponis acu-

acuti, non ſuauis; debuiſſes omnino dicere,acuti, & ſuauis; nam cum orta atteſtentur ſuis pricipijs, & odor eiuſdē naturæ exiſtat, vnde diſceſsit, atque odor Balſamici ſucci ſit ex beneolentibus, non poteſt efflare niſi odorem acutum, & ſuaue Quare abeat infelix,& doloſa iſta tua interpretatio.

Præterea citato §. ad ſecundam oppoſitionem, &c. ſequitur idem Manfredici, Balſami propugnator veritatem lædere, dum addit. Gal.6.ſimpl. vocauit Balſamum tantummodo odoratum,& lib.1.de antidotis, ſic poſſe, ait Balſamum adulterari, vt nullactenus, vel non exactè poſsit ſyncerum ab

adulterato ſecerni, taliſque adulreratio, vt Dioſc. Plin. Auic.docent, fit per admixtionem Terebinthi, Cyperi, Mirti, Lẽtiſci, Balani vnguẽto, item Suſino, Metopio, Reſina, Galbano, Melle, aut Cypria cera, vel oleo de Pino, vel oleo de maſtice, & cera diſſolutis in oleo de liguſtro. Quis non videt non conſtituere tam ſuauis odoris, vt vulgo putatur? cũ eius eximia ſuauitas non poſsit ex admixtione prædictarum rerum conſurgere. Melius certe, & verius dixiſſet Baldus Medicus, hoc pacto. Quis nõ videt Opobalſamũ conſtituere tam ſuauis odoris; vt vulgo putatur? cum eius eximia ſuauitas in nihilo

hilo poſsit ex admixtione
prædictarum rerum fœdari;
minuique, vt omnino contingeret, ſi eius odor eſſet
exilis, & non ſuauis, ac eximius, etenim adulteratum,
vt aiebat Gal. & nos ſuo loco
inferius oſtendemus, à ſyncero Opobalſamo internoſci vix poterat, adeo vt peritiſsimos quoſque falleret.
Idcirco adulteratũ, & ſyncerum debebant ſine dubio
conuenire quò ad aliqua, &
maximè quò ad ea, quę ex
natura rei proueniũt; Atqui
odoris eximia ſuauitas eſt
præcipua, & primaria qualitas, quæ competit Opobalſamo, vt 1. capite firmauimus, & tenet Theophr. lib. 9.
de hiſt. plant. c. 6. ergo adultera-

teratum, & ſincerum Opobalſamum debere maximè conuenire in odoris ſuauitate; aliàs adinuicem facilè diſtingui poſſent. ergo admixtio prædictarum rerum non minuit odorem Opobalſami. Hinc non multo negocio ſoluitur argumentum Baldi enunciatum pag. 40.§. an verò, &c. quod eſt huiuſmodi Quæ ſunt adeo ſimilia inter ſe, vt difficilè poſsint velut diſtincta ſecerni, vt in qualitatibus conueniant neceſſe eſt; ſed Opobalſamum ſyncerum, & adulteratum ſunt huiuſmodi; ergo debẽt in qualitatibus cõuenire: ſed Opobalſamum adulteratum hanc nõ habet qualitatem, vt ſit eximiæ

ſuauitatis, ergo nec ſyncerum:ſubſumptum eſt falſum, & ideo etiam conſequens; nam vel admixtio prædictarum rerum nõ minuit odorem Opobalſami, vel minuit ſi primum contigat, tunc adulteratum, & ſyncerum cõuenient in qualitatibus, & erũt ſimilia inter ſe, ac difficulter poterũt velut diſtincta ſecerni. Si ſecundum; tunc non cõuenient in qualitatibus, ſaltem ex natura rei prodeuntibus, & proprijs, nec erunt ſimilia, & facilè velut diſtincta ſecerni poterunt; quoniam natura, & virtus Opobalſami ex ſuperius habitis, apprimè conſiſtit in ſuauitate, & copia odoris.

Tertio pariter citato §. ad

ſe-

ſecundã oppoſitionem, &c. pergit idem Baldus veritatẽ infringere per hęc verba, ait enim; Et profectò dum antiqui illius ſucci odorem celebrant, loqui veriſimile eſt in cõparatione ad res odoratas ſui temporis, in quò nõ aderat Moſchus, Ambra, Zibettum, & Belzoinum; ſed ſpicanardi, Mirra, Cinnamomum, & huiuſmodi, quibus licet tribuatur ſuauitas, illa tamen exigua eſt, & minima reſpectu Moſchi, Ambræ, aliarumque noſtratium rerũ beneolẽtium. Melius igitur qualitatem hanc delineauit in Opobalſamo Dioſc. dum ſcripſit, debere eſſe validi odoris, & ante ipſum ſacræ paginæ aromatizans vocan-
 tes,

tes, & (Mirrhæ attributa ſuauitate) odorem ſolummodo dare affirmantes; & hæc Baldus; ſe ipſe quid certè probet ignoro; nam quod antiqui celebrent odorem Opobalſami in comparatione ſolum ad res odoriferas ſui temporis, quas viderant, & olfecerant, concedo, quia intellectus noſter nunquam ſinè phantaſmate intelligit ex Ariſt. 3. de anima tex. 39. & ſeq. immo nec appetitus fertur in incognitum; & deſiderium etiam ex Aueroes 12. Meth. tex. 39. inſequitur cognitionem, ſicut vmbra corpus. Quarè quòd Moſchus, Ambra Zibettum, & Belzoinum ſint ſuauiora ſpica nardi;

di; Mirrha, Cinnamomo, & huiuſmodi, res eſt clariſſima, nec vlla indiget probatione: ſed quod Moſchus, Ambra, Zibettum, & Belzoinum ſint odoratiora, & ſuauiora Opobalſamo; Aduerſarius non audet explicitè aſſerere; vel quia adhuc nec rationes, nec auctoritates ad id affirmandum inuenit; & vt mihi pro indubitato ſuadeo, nunquam inueniet, velquia nunquam vt exiſtimo, olfecit verum Opobalſamum; quod ſi verè olfacere poſſet; non ſolum exclamaret cum Plinio, illius odorem eſſe præferendum, omnibus odoribus, ſed etiam fateretur; quod intrinſecè cognoſcit, manfre-

dicum Balſamum eſſe inodoratum comparatum ſcilicet eximio odori genuini Opobalſami; vel eius ſuccedaneo, ac alijs omnibus ferè rebus bene olentibus.

Conſtat ex ijs, quæ diximus, cur ſacræ pag. & Dioſc. vocarint Opobalſamum ſimpliciter odoratum, & ſuauitatis eiuſdem non meminerint; quia optimè callebãt poſterius abſtrahi, & circũſcribi non poſſe à ſuo priori; vt etiam ſenſit Ariſt. 5. Metaph. cap. de priori. Vnde cum ſuauitas ſit de eſſentia, & quidditate odoris ex vigenti Opobalſamo expirantis, vt primo capite difusè declarauimus; non rectè illa nec ab ipſomet intellectu erro-

errorem in abſtrahendo nũquam committente, ſecernitur, & abſtrahitur ab odore Opobalſami. Ita vt idem prorſus ſit, tacitè aſſerere, Opobalſamum eſſe odoratũ; quàm explicitè eiuſdem odorem eſſe ſuauiſſimum, cũ ſuauitas ſine odore, & odor ſine ſuauitate in Opobalſamo recenti ſeiuncta aſſignari nequeant. Quippè odor, & ſuauitas in rebus beneolentibus, velut ſimul fiunt, & comproducuntur actione caloris ſapidam materiam concoquentis, elaborantiſq. cum res nuſquam oleat ſine ſuauitate; ſic ſimul augẽtur; & indies magis, magiſque perficiuntur vſque ad perfectam, & abſolutam rei con-

coctionem, ac habitum augumenti finem; quem demonſtrat eiuſdem completa ſtatutaque ſuauitas; cũ omnium rerum natura cõſtantium poſitus ſit terminus, & ratio magnitudinis, & augumenti ex Ariſt. 2. de anima tex. 41.

Verum enim vero cum veritas in occulto diu latere nequeat, & contra hominũ ingenia ſe per ſe ipſam facile defendat. Baldus aduerſarius rei veritate cõpulſus, & ideo oblitus eius, quod ſcripſerat in proxime citat. §. fatetur pag. 19. Opobalſami odorem eſſe valde ſuauẽ; vbi hæc habet. Quod vero ex iſtis plantis (loquitur de indigenis) laudabilis eliciatur

tur ſuccus, tametſi forſan inferioris conditionis eo, qui in Paleſtina, & Aegipto olim colligebatur; ab eodẽ Veslingio paulo poſt ſubiũgitur, & antea fuerat affirmatum ab eodem Alpino, neque ſine fundamento., cũ iſtud, vt illud odoris, ſuauitate gratum admodũ ſit; ſed cum locutio per admodũ proximè accedat ad ſuperlatiuum; vtique ex eiuſdem ſententia,& atteſtatione affirmandum eſt odoris ſuauitatem ex Opobalſamo non modicam,& mediocrem;ſed multã, & validam expirare. Immo id ipſum antea affirmauerat pag. 7. auctoritate eiuſdem Veslingij ita ſcribẽtis. Non tamen exiſtiman-

dum eſt; quod Memphim ex Arabia lagenulis, vtribuſque plenis aduehitur balſamum; quantumuis odoris ſuauitate gratum ſit, ſyncerioris cõcretionis lachrymam eſſe. At quidquid ſit de his, & alijs contradictionibus, quæ in legendis Baldi propugnationibus ſępè occurrunt; nã cum ſint lapſus memoriæ, & facilè accidant ijs, qui multos verſant auctores, & currenti, volãtique calamo ſcribunt, vt ſe feciſſe aduerſarius aſſerit pag. 27. vltro sũt condonanda, & ideo deueniendum ad ea, quæ de ſuo teſtatur Opobalſamo.

Aſſerit ſuum Opobalſamũ eſſe Arabicum, vel forſan per inciſionem Balſamiferæ arbo-

arboris collectum, vel per
decoctionem ligni, frondi-
umque eiuſdem plantæ fa-
ctum,& elaboratum,& vtro
modo ſit, eſſe verum,& ſyn-
cerum, & in dies magis, ma-
giſque tale eſſe exiſtimandũ
firmat pag.7.& alibi, vt verò
hoc facilius perſuadeat idio-
tis,& oculos,& odoratũ non
habenti bus, addit p.8.in ſuo
Opobalſamo tàm conſiſten-
tia, & colorẽ; quàm saporẽ,
& odorem, qualitatum, vir-
tutumque Balſamicarũ prę-
ſentiam manifeſtare; ait e-
nim ſuccum illum eſſe velut
Gal.2.de compoſ.med. S.L.
deſiderat conſiſtentiæ me-
diocris, vt Alpinus vult, co-
loris exviridi adaureum ten-
dentis; vt Dioſc.ait,læuem,
di-

dilui facilem, adſtringentẽ, & modicè mordẽtem guſtu, non vergentem ad acorem, & validi odoris, vt ſcribit Plin. non ſubacidũ, & odore auſterum, & hęc Baldus quę ſi in Manfredico Balſamo re vera adeſsẽt, & demõſtrari poſſent, extra omnẽ controuerſiã illud eſſet veriſſimũ, & ſinceriſſimũ Opobalſamũ ex Arabia fœlici ad noſtras oras aduectum; ſed res non ſe habet, vt ſcribit; ſiquidẽ nõ habet odorem, nec colorem veri Opobalſami in quacunque ætate ſit, nec huius operatur experimenta. Ne verò videar hęc gratis dicere, & contradicendi tantùm ſtudio, examinabimus 1. rationes adductas ab aduerſa-

rijs ad probandam ſynceritatem ſui Opobalſami: mox ijs reiectis, & ad nihilum redactis, oſtendemus non ſolum illud non eſſe Opobalſamum per inciſionem corticis elicitum; ſed nec per decoctionem frondium, & ramorum, vt ſcribit, elaboratum.

Dicit pag. 6. ſuum Opobalſamũ eſſe ex decoctione ligni frondiumque plantæ Balſami, idque probat ex Busbequio ſcribẽte epiſt. 4. legationis Turcice, Balſamũ genuinum pecunia comparari non poſſe, eſſeque munus rarum; quo Turcarũ Regem nullũ maius amico, aut confederato Principi facere poſſe; ex quibus deduci poteſt

teſt (inquit Baldus) liquorem illud nobiliſſimũ è Balſamo emanantem, hoc præſertim tempore non facilè ad noſtras regiones aduehi poſſe, ac proinde non ſine fundamento me dubitaſſe, an Opobalſamum, de quo agitur, ſit per incisionem collectum, & eò vel maximè quod in illa omnia adamuſſim nõ obſeruentur; quæ de perfectoOpobalſamo ab antiquis fuere promulgata. Cęterũ ego intelligere nõ poſſum; qui fieri poſſit, vt facilius hoc noſtro tempore ex Arabia ad noſtras regiones aduehatur Opobalſamũ per decoctionem, quam per inciſionem, cum vtrumque ex eadem planta, & in eo-
dem

dem loco colligatur, eliciaturque, maximè cum cõtrarium perſuadeat atteſtatio Baldi pag.22.vbi habet. Cur vero à tot ſeculis Opobalſamo careamus, vel multũ de illo non habeant Itali, Germani, Galli, Hyſpani, multæ que aliæ nationes in cauſa fuit, tùm difficile commercium inter Europeos, & Aegiptios, atque Arabes, tùm locorum diſtantia, tum noſtrorum Principum cum Orientalibus ſimultates; tum demum neglecta perquiſitio huius Balſami; Quodcum obtineri poſſit hoc noſtro tempore, non ſunt omnino excuſabiles Medici, & Aromatarij, qui illud habere, atque emere non ſtudent;

dent; itaque aſſertio Baldi indiget meliori fundamẽto.

Scribit ſecundo pagin. 7. & 32. quod cum maxima adſit copia Opobalſami ex ligni, frondiumque de coctione conflati in Arabia, & inde Memphim, & Alexandriam, Venetias, & ad nos peruenire poſſit, & perueniat; vtique hinc affirmãdum cenſet, ſuum Opobalſamum eſſe verum, & ſyncerum, factum ſcilicet ex decoctione ligni, frondiumque: Atqui fallitur, D. Propugnator; nam hinc poteſt quidẽ inducere quandã credulitatem, non autẽ veritatẽ; & eſto ei concedatur maximã Opobalſami copiam fuiſſe aſportatam, & quotidie aſ-

por-

portari Romam; ac fontes omnes Vrbis extillare ſyncerum Opobalſamum; attamẽ hinc concludi non poteſt, nec debet controuerſum liquorem eſſe verum, & ſyncerum Opobalſamum, cum huius omnino careat dotibus, & qualitatibus, præterquam quod aduerſarius ignorat an ſuum Opobalſamum ſit per inciſionem collectũ, ſeu per decoctionem elicitũ, cum modo huius, modo illius ſortis eſſe ſcribat in tota ſua ſcriptura, & præcipuè pag. 6. vbi ait; licet enim forſaſſe ſuccus ille prætioſiſſimus non ſit per inciſionem Balſamiferæ arboris; ſed per decoctionem ligni, frondiũque eiuſdem plantæ factus,
fuit

ſuit tamen, & eſt verum, & ſyncerum Opobalſamum; dictio enim fortaſsè eſt dubitatiua, & nihil certi affirmat, L. omnes. C. de Decurion.lib.10. L. Item ſi verberatur §. 1. ff. de re iudic. Immò etiam ignorat vndè venerit; cum re vera gratis ex ſe, abſque alicuius atteſtatione, ſeu perfidem, vel per litteras, vel aliter, ad ſe, ſuoſque Collegas tantummodo excuſandos, dicat eſſe Arabicum collectum ex plãtis incultis. Ergo verendum non eſt, quin Aduerſarius de re ſibi pœnitus ignota fecerit approbationem.

Aſſerit 3. p. 39. ſuũ Opobalſamũ non omnia quæ de perfecto Opobalſamo fuerunt

runt ab antiquis promulgata adamuſſim poſsidere, ideoque nõ poſſe eſſe per inciſionẽ corticis collectũ, ſed per decoctionem ligni frondiũque. Verumenim vero melius, & veritati magis conſonum negatiuè, ſic dicere debuiſſet: Ideo non poſſe eſſe, neque per inciſionem corticis collectum, neque per decoctionem ligni, frõdiumque elicitum; quia vnus idemque eſt ſuccus, quem Balſami planta profundit cũ illo, quem eadem Balſami planta ſibi reſeruat. Immo hic illo eſt eò perfectior, quo perfectior eſt ſanguis, qui ſecundum naturam retinetur ad alendum corpus, eo, qui excernitur, tàm in ſangui-

guinis turgentia, & vrgentia; quàm in meſtruijs mulierum purgationibus, cum natura ſuis viribus vſa ex Gal. 1. de feb. cap. 5. ſemper vtilia ſeruet, & noxia expellat: Etenim plantis non modo ſua caro eſt, os, neruus, vena, & ſuus velut ſanguis, & humor in plantæ ſingulas partes diſtributus, ſed, & ſua sũt velut menſtura, perinde, ac mulieribus, quæ certis temporum circuitibus ſuperueniunt; vt lachrymæ vitibus, gummi ceraſo, amigdalo, & alijs arboribus permultis, reſinæ lentiſco; Piceæ, Larici; Opobalſamum Balſamo, & alijs alius liquor, illis quãtitate moleſtus. Vt enim ſanguis turget, & vrget; ſic plan-

plantis humor, ſeu ſuccus, cui ſpontè, ſeu arte detur exitus, ad ipſarum leuamen profluit, & incolumitatem; quod profectò non contingeret, ni eſſet quantitate moleſtus. Præterea ſuccus, qui in ramis ſeruatur ſemper perfectior, magis coctus, magiſque elaboratus eſt eo, qui in ſtipite, &radicibus continetur, concoquiturque; ſicuti in animalibus magis perfectus eſt ſanguis in tertia coctione elaboratus, quam in reliquis duabus antecedentibus coctionibus, puta in ventriculo, & hepate;habent enim plātæ & ipſæ tres cōcoctiones,ſymphonias ab Hipp. 1. de dięta nūcupatas;
pri-

primam in radicibus; ſecundam in ſtipite, tertiam in ramis; quæ ex Olimpiodori sẽtentia lib. 4. Meteor; & alberto Magno ventriculi, ſecoris, & membrorum coctionibus Analogia reſpondent: Quare cum in controuerſo liquore, tamquam extracto per decoctionem ligni, frondium, & ramorum fruticis Balſami in aqua vi ignis; vt ait D. Baldus Baldus pag. 12. & ideo perfectiore, vt modo aiebam, non adamuſsim omnia obſeruentur; quæ ab antiquis de vero Opobalſamo fuerunt promulgata, fatendum eſt ipſum non eſſe Opobalſamum non ſolum per inciſionem, ſed nec per decoctionem elicitum, maximè

ximè cum non habeat colorem nigrum, vt habere debet; quod ſit ex decoctione ſupradicta; nam cũ huiuſce plantæ Balſami folia viridia ſint,& rutæ folijs ſimillima, atque ramuli gemino cortice præditi ſint ex Petro Bellonito in lib. 12. itinerariarum obſeruationum c.39. extimo foris ſubrubente,qui vt membrana intimũ viridẽ operit, horum decoctũ licet fiat in aqua,non poterit eſſe niſi nigrum,vel ſaltem ad nigrum vergere, vti eſt Balſamum Peruuianum, quod fit per decoctionẽ frõdium, & ramorum, quamuis illud; quod per inciſionem eiuſdẽ arboris reſultat; album ſit: colligitur id ipſum ex buſbequio ſcribente duplex eſ-

ſe eius fruticis genus, vnum, quod ex oleo decoctorũ foliorum cogitur; quod nigrũ eſt, & vile, alterum flauum; quod ex vulnere inciſi corticis ſtillat; quod genuinum eſt. Nec obſtat quod Alpin. dialog. de Balſamo ſcribat, nigrum Opobalſamum nunquam ab aliquo Aegiptiorũ, vel Arabum viſum eſſe; quia ibi loquitur de Opobalſamo, quod per inciſionem corticis deſtillat; non autem de eo, quod fit per decoctionẽ, vt apud ipſum videre eſt. Accedit quòd ſi Manfredi cum Balſamum eſſet per decoctionem in aqua extractum, non eſſet profectò ità fluidum, vti eſt, nec inſtillatum in aquam diſſolueretur amplius, & ſupra eiuſdẽ

ſu-

ſuperficiem expanderetur; quia ſyncerum Opobalſamũ ex Auic. in aqua iuſpiſſatur, & inſpiſſatum conſeruatur; & poſtquam ſemel ab aqua fuit extractum; ſi iterum in eandem, vel aliam proijciatur, non diſſoluitur amplius, nam diſſolutis per decotionẽ, & exſuctis ab aqua ſpiritibus tenuibus, calor, & tenuitas in illo deficiunt, & cũ ſit extra maternum ventrem, vnde calorem, & alimentum hauriebat, non eſt poſſibile, vt illos recuperare queat. Vnde hic bene habet locũ Ariſt. Axioma in poſt prædicamentis regiſtratum; à priuatione ad habitum nõ datur regreſſus. Idiſpñ etiã fatetur alter Mãfredici Bal-

ſami propugnator Petrus caſtellus Doctor Bononienſis in ſuo examinato Balſamo, pag. 152. cuius hæc ſunt verba; ſi quis ex me quęreret, an examinatum Opobalſamum ſit per inciſionem, vel per decoctionem foliorum, & ramulorũ, reſponderem luce clarius eſſe id fuiſſe extractum per inciſionem, & nullo modo per decoctionẽ, & in hoc habeo certiſsimã, & infallibilem demonſtrationem, nempè experientiam; quia iam conceſſum eſt ab omnibus, Opobalſamum eſſe ſuccum reſinaceũ: ſed rẹſina omnis ex Theophr. Plin. Dioſc. & Gal. decocta inſpiſſatur, fit Colophonia, & in pulverem friabilis,

no-

noſtrum Opobalſamum eſt liquidum, non ergo coctum, ſecundo Opobalſamum noſtrum in aquam ego proieci, & ſtatim durum redditũ fuit, nihil dilatabatur; vt in frigidam proiectum: ergo aquam calidam prius non eſt expertum. Tertio in aquam frigidam proiectum albeſcit vt lac, & tandem dureſcit, & inſpiſſatur; ex quo patet noſtrum Opobalſamum liquidum, & citrinum, neque aquam frigidam attigiſſe, nã color & ſubſtantia alterata fuiſſent; Quarè cum liquor aſſertus. per D. Baldum nõ ſit Opobalſamum per inciſionem corticis collectum; & per Petrum Caſtellum non ſit per decoctionem ra-

mulorum elicitum; ſinè dubio erit neuter; i. nec Opobalſamum per inciſionẽ, nec per decoctionem; quod eſt veriſſimum.

Probat 4. ſuum Opobalſamum pag. 62. & ſeq. eſſe verum, & legitimum, ex quo tale fuit etiam iudicatum à *Veſlingio*; qui in Aegipto cõmoratus optimè callet ſciẽtiam Balſami; ab acutiſſimo *Nardio*, qui plura tractauit Opobalſami vaſcula in Muſæo ſereniſſimæ Medicæ familiæ aſſeruata, à *Petro Caſtello* Medico Meſſanæ Medicinã profitẽte, & ab exercitatiſſimis *Campijs* Aromatarijs Lucenſibus. Verum enim verò cum controuerſia ſit dirimenda de voto Medico-

dicorum omniũ calculis inſignium, à quibus nõ verba, nec quilibet teſtium numerus attenduntur; ſed duntaxat fundamentales, & veræ rationes diligẽter examinãtur; Idcirco rationes, & etiã experimenta ex quibus Aduerſarij, affirmant controuerſum liquorem eſſe verũ Opobalſamum, ſedulo, ſeueraque; iuſta tamen tutrina ponderabimus.

Veslingius, vt habetur ex Bald. pag. 69. cognoſcit controuerſum liquorem eſſe illud ipſum Balſamum; quod in Aegipto Venetis reduces ex Arabia Mercatores venũ exhibent, tum ex odore tũ quod aquæ indita eius guttula protinus in pelliculam

ſe ſe explicet, iterumque ſtyli cuſpide commota tolli tota queat, ob tenuiſſimi ſpiritus deliquium pallidior. Cæterum cum eorum Mercatorum Balſamum odoris ſuauitate gratum ſit, vt his verbis refert idem Veslingius apud Baldum pag. 7. Nõ tamen exiſtimandum eſt, quod Memphim ex Arabia lagenulis, vtribuſque plenis aduehitur Balſamum, quantumuis odoris ſuauitate gratum ſit, ſyncerioris concretionis lachrymam eſſe. Cum vero aduerſariorum, liquor odoris ſuauitate orbatus ſit, vt Baldus apertè fatetur p. 10. §. ad ſecundã oppoſitionem, &c. dubitandum non eſt; quin Veslingius loqua-

tur

tur ſine aliquo veritatis fundamento, & in gratiam aduerſariorum, magis enim in hoc D. Baldo credendum, quã alijs, quia ille ſæpius vidit, olfecit, & tractauit ſuũ Opobalſamum; & ideo eſt teſtis bene oculatus, nõ auritus, pluris enim, vt iura decernunt, eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti plures. Nec adductum ab eodem Veſlingio experimentũ aliquid certi probat, nempè nõ ex quo liquor ille ſe ſe explicet in pelliculam ſuper aquam, debet iudicari Opobalſamum; nam liquoris etiã illius compoſiti à D. Ioanne Antonio veſtrio diligentiſſimo Vrbis Aromatario guttula aquę inſtillata in calice

amplo coram D.D. meis, & alijs permultis, ſtatim diſparuit, non ſubiens aquam; ſed tota in ſuperficie dilatata, & paulo momento coagulata, eique ſupernatare inſtar mẽbranæ pellucidæ, ac tenuiſſimæ cæparum cernebatur; & ſtyli cuſpide ex aureo colore in album mutata fuit, tota exẽpta, atque extracta, non ſecus, ac ſolet ex teſtimonio Alpini Opobalſamũ ſynceriſsimum, & veriſsimũ aquæ inſtillatum; vt viderũt omnes ibi præſentes, & vidit cum ſuo Collega Bonanno, & ſuis Aromatarijs Manfredo, & Panutio D. Baldus, vt fatetur pag. 47. & 49. vbi licet vltrò, & non ex rei veritate ſubiungat, Veſtrij li-

quo-

quorem eſſe fœtidum,& colore album , cum re vera terebinthi odorem effundat, & alter ſit coloris ſubuiridis quē Balſamum primæ ætatis, alter aurei, quem medię ætatis à Veſtrio iocosè corā omnibus nuncupabantur, vt omnes viderūt, & vnuſquiſque videre poteſt, cum duo illa vaſcula eius liquoris ferè plena adhuc ſint ab ea die apud Illuſtriſsimum Colliculam. Attamen tantum abeſt,vt tollat difficultatem,vt potius eam augeat; quia ſi nō habent, nec odorem,nec colorem Opobalſami, valet inferre,quod non ſunt Opobalſamum, & ſi illius operētur exprimentum . Quarè controuerſus liquor temere

iudicatur Opobalſamum ex vno ſolo ſigno;& eo præſertim quod proiectus in aquã ſupra totam eius ſuperficiẽ totus expandatur, mox coagulet ur, & coagulatus ſtylo ab aqua totus lacteſcẽs eximatur, quoniam id, cum nõ ſoli Opobalſamo conueniat, non debet hinc, quid Opobalſamum iudicari; accidentia enim propria, quæ conſequuntur naturam propriã alicuius ſpeciei, non autem communia conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt ex Ariſt. 1, de anima tex. 11. quo modo cognoſcimus ignem non per fumum; ſed per calorem, & hominem ex facultate, quam habet ad ridendum, non autem ad ambulan-

bulandum . Quarè enarrata Veſlingi atteſtatio tamquã, impropria, & in gratiam , & fortè ad præces aduerſariorũ promulgata nihili pœnitus eſt facienda.

Nardij pariter atteſtatio eſt pœnitus reijcienda , tùm quia eſt fundata in ſimilitudine , quæ ſecundum Hipp. 6.epid, & Ariſt.3.phys. tex. 15. eſt cauſa plerunque deceptionis, & erroris . Vndè Opobalſamũ adulteratum , vt firmat. Gal. lib.9. de ſimpl-med. facult. ratione ſimilitudinis à verò, ac , natiuo nihil differre videbatur ; & peritiſsimos etiam quoſq. decipiebat; tum quia ſcribit notas veri Opobalſamj, ſecũdum Dioſc.& Alpinum , ſingulas

gulas adamuſsim congruere controuerſo liquori; quamuis ſui Opobalſami oculatus Baldus fateatur eidem non omnia adamuſsim conuenire; quas tamen Nardius exponere ſuperſedet non, vt ipſe inquit, loco epiſtolæ cõmentarium conſcribat; ſed ne inter male feriatos ſciolos, vt eius verbis vtar, ipſe quoque cũ alijs haberetur.

Petrus ille Caſtellus, quò ad ea, quæ ſcribit in ſuo hæmorrhoidali Balſamo, nulla reſponſione, ſaltem per ſcripturam, indigeret; quia nos in 1. capite euidentiſsimis rationibus oſtẽdimus Opobalſamum nuncupari recens vſque ad ſenectutem; & eius odorem hac noſtra etiam

tem-

tempeſtate eſſe validiſsimũ & non tenuem, ac ſemper à ſuo ortu validiorẽ euadere vſque ad habitum finem, qui ſuauitas eſt, quæ dicitur terminus, & finis odoris, non quia odor fuerit vnquam ſine ſuauitate, cum hoc eſſe non poſsit, namque in beneolentibus, vt aliàs innuimus, non generatur odor abſque ſuauitate, nec ſuauitas abſque odore, cum ſimul ab eodem agente comproducantur, & paulatim perficiantur, eo prorſus modo, quò forma corruptibilis ſimul fit, & generatur cũ compoſito 7. Met. tex. 23. Sed dicitur terminus quò ad demonſtrationem; tum quia demonſtrat coctionis perfe-

ctionem in materia ſapida coctionem recipiente iuxta ſuæ naturæ conditionem; tum quia magis ſe tunc temporis manifeſtat noſtro olfactui; Quarè odoris ſuauitas debet omnino in medio tempore Opobalſami comparari, & ideo debent illi tũc omnia attributa a Dioſc. eidem adſcripta apparenter, & eminenter conuenire; ergo remanet conuulſum, depreſſum, & pœnitus reiectũ Balſamum examinatum Petri Caſtelli, in quo ſtatuit Opobalſamũ ſimpliciter nõ dici recens, niſi ad quintum annum, eiuſque odorẽ hoc noſtro æuo non poſſe dici ſuauiſsimum, & validiſsimũ; ſed tantum ſuauem, & tenuem,

nuem,ac in Opobalſamo dū colligitur odorē eſſe validū, in ſeruato mediocrē, in ſene paucisſimū;atque cętera attributa non manifeſtari, niſi in Opobalſamo dū colligitur.

Verum quia Caſtellus nimium ſibi arrogat, & aduerſarij poſt iſtius ſcripturam, vbique quaſi canunt triumphum; tamquam ſi ſtandum eſſet illius aſſertioni. Ideo decreuimus aliquas iſtius cō trarias rationes, non tamen omnes,ne volumen loco cōſultationis cōſcribamus ; diligenter, & ſecundum veritatem , examinare, quò vel ille fateatur veritatē,vel aduerſarij diſcant non canere triumphum ante victoriam.

Primo ſcribit pag. 10. & ali-

alibi fœlicem Arabiam eſſe proprie Balſamiferam, & proprium, ac naturale Balſami ſolum, & in Iudea, ac Aegipto Balſami plantas aduenas eſſe ex Arabia, & p. 21. Opobalſamũ perfectius eſſe; quod in ſolo patrio oritur, & pagin. 22. in Opobalſamo Arabico omnia ſigna debere ineſſe; & pag. 93. ſilueſtria odoratiora, & validiora eſſe vrbanis, & pag. 94. Arabicũ ſilueſtre Opobalſamũ odoratius eſſe Iudaico cultura non conferente ad odorem, ſed ad ſaporem dulcificandum; & pagin. 154. reddens rationẽ, cur Brusbequij Opobalſamum omnibus notis traditis ab ãtiquis nõ reſpõderet, cũ eſſet Opobalſamũ ve-

verum, legitimũ, & purum, ait, id eueniſſe: quia erat Aegiptiacum. Cum verò idem pag. 22. & 150. affirmet ſuum Balſamum eſſe Arabicũ, negare nõ poteſt in bona philoſophia; quin debeat eſſe perfectius, odoratius, & preſtantioribus ornamentis inſignitum Aegiptiaco; nam qui vult antecedens debet etiam velle conſequens, & de æquipollentibus idem debet eſſe iudiciũ; quia ex 2. top. c. 4. ſimpliciter ad ſimpliciter, magis ad magis, & maximè ad maximè. Quarè male cõtra omnes philoſophiæ regulas, & axiomata concludit pag. 150. Balſamum Romam aſportatum omnes notas, ſaltẽ remiſſas à Dioſ. Pli.

Theo.

Theophr. illi ſuo Opobalſamo, nempe Aegiptiaco adſcriptas habere; cum hinc potius concludere debuiſſet aſſertum liquorem non eſſe Arabicum Opobalſamum, cum non ſolum huius non poſsideat adamuſsim notas; ſed nec etiam Aegiptiaci ininferioris notæ, & imperfectioris Arabico.

Secundo habet pagin. 38. Opobalſamũ, verũ expirare odorem tenuem, & conatur id affirmare ex Auic. dum de odore Opobalſami ſcribens, ait, & ſubtilitas odoris eius; 1. inquit Caſtellus, tenuitas, quod nõ poteſt intelligi de penetratione; ſed de ſubtilitate, ſeu tenuitate odoris. Verum enim vero ſi

Opo-

Opobalſamum ſuo eximio odore valde ferit olfactum, & aliquibus sãguinem inter odorandum è naribus elicit, ſi ad lõgius interuallum ſuũ diffundit odorẽ: ſi odor eſt cum fragrantia;ſi æſtuoſa, eſt odoris materia craſſa, & pinguis, & ſimiliter planta, vnde illa emanat; ac ſolum etiam vbi planta vegetat: æſtuoſum exiſtit; ſi calor ſolis ſub ſidere,qui tum alimenti cõfluuium è venis plantæ citat. ad incisũ corticem, tum iſtud cum ingenito eius calore concoquit, & elaborat, eſt maximè æſtuoſus;ergo ex ſuperius dictis,& firmatis c.1.& prefertim §.Preterea ſi odoris,&c. Opobalſami odor non poteſt eſſe niſi magnus, & quã maxi-

maximèvalidus, & potens, non autem tenuis, & exilis, cum hic non feriat olfactũ, non eminus percipiatur; nec materiam, nec opificem, nec ſolum, nec anni tempus habeat eſtuoſum, vt citato loco vbere probauimus; quò remitto lectorem beneuolum. Quarè ſubtilitas apud Auic. non de tenuitate; ſed de penetratione, & acuitate debet intelligi. Itaque cum balſamum Caſtelli, & aduerſariorum ſit odoris tenuis, vt fatetur p. 37. ſ. ſentiendũ, &c. nuſquam erit Opobalſamũ, non ſolum Arabicum, ſed nec Aegiptiacum; cum hoc ex Dioſc. ſit odoris validi. i. valde potẽtis ex Gal. interpretatione com. 2. in liber.
Hipp

Hipp. de natura humana.

Tertio pag. 39. delineat. odorem Opobalſami Arabici, & ita ſcribit. Quarto pro teſte traham Alpinum; qui quando dixit validiſſimum eſſe odorem Opobalſami, loquebatur de recentiſsimo, dum colligitur, non de alio; odor enim, ait, non minus, & ſapor in recentiſſimo validiſſimus eſt; in medio tempore odor fit ſuauior thus, & terebinthum redolens, cũ ſuauiori tamen odoris fragrantia; ſapor eſt amarus, ſubacris, adſtringens, Demũ in ſenio omnia hæc remiſſa fiunt. Hinc pag. 40. concludit, Opobalſamum dũ colligitur eſſe validi odoris, ſeruatũ mediocris, vetus paucisſi-

ciſsimi. At rectè quidem vſus eſt verbo, traham, ideſt per vim ducam Alpinum; quoniam ibi per recentiſsimum non intelligit ſolummodo tempus illud; quo colligitur Opobalſamum, ſed totam primam ætatem, nẽpe pueritiam quinquennio determinatam, vt ſuperius expoſuimus cap. 1. §. cum vero Alpinus, & §. quod vt tradebamus, &c. & manifeſtè idipſum declarant verba Alpini immediatè ſubſequentia, nimirum, in medio tempore. Atqui cum medium ſtet æqualiter inter duo extrema; medium ergo tempus Opobalſami comprehẽdet adoleſcentiam, & conſiſtentiam; quæ medium cõſti-

ſtituunt inter pueritiam, & ſenectutem. Quocirca recentiſſimum nõ poterit verificari, niſi de tota Opobalſami pueritia, aliàs medium nõ ęqualiter diſtaret ab extremis. Quod verò Opobalſamum ſeruatũ euadat mediocris odoris, repugnat Rationi: Experientiæ, & Doctiſſimo Apin. Rationi, quia odor generatur ex combinatione primarum qualitatum ex Gal. 1. de vſu part. cap. 9. & ex Ariſt. lib. de ſenſu; nempè quando calidum ita decoquit humidum ſaporem habens, vt ſiccitas illud contineat, eique dominetur; quia non erit odor, niſi caloris vis accedat, quæ humidũ quaſi diluat, & attenuet;

& hinc Ariſt. 12. probl. 13 ait ſemina, quæ olent, calida eſſe, quia odor à calore efficitur; & in eadem ſectione odorata omnia calore abundare; eaque eſt cauſa, cur allia iuxta roſas conſita, eas magis odoratas reddunt, videlicet; quia ſolum calefaciunt, & exſiccant; atque ita odorem promouent, vt tradit Contarenus lib. 5 de elementis, & ideo Alexandri Sudor fuit odoratus, quia erat corporis temperamento feruido, & igneo. Neceſſe igitur eſt in odoris generatione, vt moderata ſit copia humoris; nam nimia retundit vim ſiccitatis odorem efficientis, & argumẽto eſt; quod flores attriti odo-

dorem ammittunt; quamuis non deperdita fuerit eorum humiditas; quoniam in attritione permiſcetur tenuis illa ſubſtantia odorata cum humore; vnde hebetatur; & ob eandem rationem vinum dilutum ex Ariſt. 12. probl. 12. minus redolet, quã merũ. Quarè recentium odor obſcurior ſemper erit, quàm vigentium; quod primò nimis ſuperet humor, qui poſtea concoquitur, & minuitur; & ideo fructus, quò magis maturantur; eò odoratiores fieri cernimus; quantò autem crudiores, eò minus olent. Experientiæ repugnat quia Opobalſamum ſeruatum cõcoquitur, à fœcibus depuratur; ergo odo-

rem validiorem, ſuauioremque debet adipiſci; vt probauimus cap. 1. §. Quod vt tradebamus, & ſeqq. Hinc vinum vetus euadit iucundius, vt teſtatur ſacra pag. Eccleſiaſt. cap. 9. vinũ nouũ, amicus nouus, veteraſcat, & cum ſuauitate bibes illud. Quarè Homerus lib. vlix. vinum vetus potionem vocauit diuinam.

Intus autem dolia vini veteris
dulcis ad potandum
Erant meracum diuinam potionem intus habentia

Et Ouidius lib. 2. de arte amandi.

Qui properant noua muſta bibant, mihi fundat auitum
Conſulibus priſcis condita teſta merum.

Re-

Repugnat etiam doctiſſimo Alpino; nam ſi ex eodẽ, in medio tempore, odor Opobalſami ſit ſuauior cum ſuauiori odori fragantia, debet etiam fieri validior; nã dictio fragrãtia, ne dum denotat odoris ſuauitatem ſed etiam eiuſdem copiã, & vehementiam, vti à verbo fragro deriuata, quod ſignificat odorẽ emitto frangẽdo; quia resfractę vehemẽtius olent.

Quarto pag. 36. ſentit hoc noſtro æuo legitimũ, & ſyncerum Opobalſamum non poſſe dici ſuauiſſimum, & validiſſimum; ſed tantum ſuaue, quia habuimus Moſchum, Ambram, &c. multo ſuauiora; At negamus Moſchum, Ambram, &c. ſuauio-

ra eſſe Opobalſamo; maximè quia Alpinus; qui paulo antea ſcripſit de Balſamo, & in Aegipto diu commoratus vtraque nempe Balſamum, Moſchum, & reliqua ſæpius vidit, olfecit, & tractauit; & tamen ait, Opobalſamum efflare odorem ſuauiſſimum, cuius odore eximio olfactu animales ſpiritus delectari; immo etiã terrã, vbi per annos tres antea, fuerat inſerta planta Balſami, olfactam ſuauiſſimum pariter odorem redolere affirmat, cap. 2. ſui dialogi. Quo circa dum autor iſte modernus, & fide dignus, vt concedunt etiam aduerſarij, vtitur ſuperlatiuo ad delineandum odorẽ Opobalſami, exiſtimari omni-

nino debet illius odorem, omnibus, & ſingulis odoribus eſſe præferendum; quia bene iudicat de duobus, qui, vt aiebat Plato, vtrumque cognouerit.

Quod vere Moſchus, Ambra Zibettum, & Belzoinum apud antiquos nõ adeſſent, vt gratis aſſerunt Caſtellus ibidem, & Baldus Baldus, pag. 10. & ſeq. à veritate omnino alienum exiſtimari debet, ſi oculis magis credere oportet, quàm opinionibus, vt docuit Medicinæ parens Hipp. lib. 1. de diæta tex. 10. quia ſpecificè noſtro hoc æuo nihil nouum ſpectatur, quod priora illa ſecula non viderint, & habuerint; nouę enim rerum ſpecies nunc,

neque creātur, neque ātique abolentur; quamuis ex c. 1. cleſiaſtic. generatio prætereat, & generatio adueniat. Quippè Mundi natura vniuerſalis ab ipſa prima Mundi origine lege Maieſtatis Diuinæ vniuerſum hoc omnibus ſuis partibus pulcherrimè exornatum, omnium ſpecierum varietate floridū, & aſpectabile gubernat, & ſeruat per continuatam, & perpetuam Indiuiduorum generationem, cum tendentibus Indiuiduis in corruptionem, alijs denuo in lucē excitatis, tùm ſpecies rerum ſeruantur immortales; tum terra ipſa, quæ ab alijs videtur abſumi elementis, ęqualitatē recuperat, cum à mix-

tis

tis diſſolutis augumentum recipiat, eademque maneat iuueneſcens ſenectute ſuorum filiorum, ſcilicet mixtorum, ſi cum Heſiodo terram matrèm appellandam cenſemus. Quamobrem ſi antiquitus animalia illa perfecta Moſchum, & Zibettũ ferentia; Plantæ Belzoinum ſtillantes, Mare, & piſces ambram emittentia aderãt, & reperiebantur; vt abſque vlla heſitatione aſſerendum eſt, nè contra peripateticã, & Theologicã Philoſophiã nouas nunc rerum ſpecies admittamus. Ergo debebãt etiam tũc, ante actis ſcilicet ſeculis reperiri Moſchus Ambra, & reliqua; tum quia illa defuiſſent homini per tot

ſecula ad uarios vſus accommodata, vt quotidiana docent experimenta; quod cõcedendũ nõ eſt, quia in Terra Deus omnia cõcluſit, quæ homini vſui eſſe poſſent, eique cũcta ſubiecit, vt tradit Horten. Baptiſta de rerum vniuerſitate lib. 9. cap. 4. tũ quia vnumquodque eſt propter ſuam operationem, 2. Cœli tex. 17. & deſtinatum fatum explet ex eodẽ Hipp. citat. lib. tex. 21. Quocirca ſi tandiu ad fuiſſent actu naturalia producentia, & non produxiſſent; quæ Deus vnicuique Indiuiduo ſecundum ſuum genus mandauerat producenda ab ipſamet prima Mundi origine; tam agentia naturalia diuinę nõ

pa-

paruiſſent præcepto; quæ verius ex Philoſopho Hipp. ibidem per diuinam neceſſitatem faciunt,& quæ volũt, & quæ non volunt; tàm potuiſſent agerę ex voluntate, vti agentia voluntaria;vtrũque negandum; ergo fatendum quocunque tempore, ab ipſamet orbis creatione adfuiſſe ſemper alicubi odorata illa ſimplicia.

Præterea modus, quo generatur Moſchus, eiuſque eximia ſuauitas, facilè perſuadent,nec fuiſſe nouã eius generationem, nec antiquis fuiſſe incognitam eiuſdem ſuauitatẽ. Quippè Moſchus omnis, vt aiunt Auic. lib. 2. cap. 460. & Serap. 181. in vmbillico cuiuſdam anima-

lis gignitur, quod Capræ ſimile eſt, vnico armatũ cornu, pregrandi corpore, agile valde, & acuti ſenſus, quã Capram incolæ Gazellam vocant, hoc in venerẽ impetuosè ruens, vmbilicus intumeſcit; fitque vomica congeſto ibi ſanguine craſsiore; quo tempore à potu, & paſtu abſtinet, in terramque continuo deuoluitur, qua deuolutione, vmbilicũ tetro fœculentoque ſanguine plenum, & turgidum exprimit. Emiſſaque ſanies; & humo fuſa colluuies, candentique ſole reſiccata, poſt aliquod tempus magnam ſibi odoris adſciſcit ſuauitatem, & ita latè fundit odorem; vt eius momentum confeſtim do-

mos impleat, huncque diutius ſeruant, quæcunque eo fuerint imbuta. Itaque ſi ex actu venero gignitur huiuſmodi vmbilici vomica, non ſolum antiqua, & antiquiſſima, fuit eius generatio, veluti antiquiſſima, & penè innumerabilis fuit eiuſdē ſpeciei Indiuiduorum regeneratio, & multiplicatio propter ſpeciei conſeruationē, & ad ornatum, & pulchritudinem vniuerſi, verum etiam toties contigiſſe cenſendum eſt; quoties ferum iſtud Animal natura fuit cōpulſum in venerem; quod quotānis euenire colligitur ex doctiſſimo Zaccuto, l. 1. de Münd. Princip. hiſt. dubio 5. pag. 80: ſi pariter reſiccata

vmbilici ſanies expirat tantam ſuauitatem, vt confeſtim domos impleat; Ec quis vnquam, vel parum verſatus in Peripatetica Philoſophia & mentis compos audebit affirmare, ſeu Moſchum nō adfuiſſe apud antiquos; ſeu fuiſſe ipſis incognitum? præſertim cum in preciosa veniat odoramēta; ſitque quotidianis veſtium ſuffimentis dicatus, ac eo Principes, Regeſque exornentur; & quod magis vrget, antiqui apprimè odoribus delectarentur, eoſque exactè cognoſcerēt; vt odorum, & odoratus definitiones, & deſcriptiones ab eiſdē allatæ ſatis apertè declarant; verū ſi Moſchus, & enarrata ſimplicia nō ad-

erant

erant apud antiquos, vt ſcribunt propugnatores Mãfredici Balſami; dicant, ambo, quis fuit horum inuentor, vbi primum, & quanto temre antea fuerunt inuẽta, vel ſaltem afferant aliquem auctorem, vel minimum, qui hanc ſcribat ſimplicitatem, & nos, qui veritatem ſolum diligimus, & quærimus, ſtatim, libenterque ſubſcribemus; ſed interim negamus eorum aſſertum.

Addit Caſtellus ibidem p. cita ta Balſamũ occidentale ſuauiorẽ odorẽ expirare Opobalſamo orientali; & propterea ſcribit non poſſe hoc noſtro æuo iſtud dici ſuauiſsimum; ſed tantum ſuaue, quod tamen negandum omnino

nino eſt. Quandoquidem, Ariſt. 2. Meteor. cap. 3. ſcribit oriẽtales partes calidiores eſſe occidentalibus, cuius rei hanc ibi reddit rationem; quod loca, quę ad exortum ſita ſunt diutius ſolem habent ſuper ſe, quam occidentalia, cum ſol occidentalibus tardius accedat, ac eadem diutius deſerat: habent enim loca illa ex Auer. ſolẽ octo horis; ſex ab ortu ad meridiem, & duabus ante exortũ; vnde cum non excipiãt orientẽ ſolem ob interpoſitos montes, tum vaporibus, & nubibus frigidis abundant, tum tardius eò ſol accedit; immo ſol etiam citius eas partes deſerit, quia dum occidit maximos mon-

tes

tes poſt ſe in partibus extremis relinquit; quarè non eſt mirum, ſi cito etiam à radijs ſolaribus dēſerantur. At nō ea ſolū frigiditatis maioris occidentalium partium eſt cauſa; ſed motus ſolis magnum quoque ad hanc rem habet momentū; quum enim ab oriente ſol ex oceano, quaſi emergat; quod calidius eſt, calidos quoque halitus, & aerem ſecū rapit, quibus terras propinquiores calefacit, & vētos calidiores inducit, etſi enim ad occidentem oceanus quoque eſt: quoniam tamen ad illum, non ex illo ſol mouetur; nihil ferè orientis comparatione caloris in occiduas terras ex oceano defertur. Ergo

go

go omnia in oriente ſuauiora, & meliora generari, ſolis calore illuc magis vigente, atque etiam terris ex halitibus oceani pinguioribus factis, arbitrandum eſt; namque vt ſuperius cap. 1. dicebamus, in odoris generatione calor neceſſario requiritur; ſed magis, & minus ſecundum odoris qualitatem & vehementiam, vt humidũ ſapidum concoquat, quaſi diluat, & attenuat, atque excitet. Quocirca lachrymæ, & ligna odorata, quo magis ſole fruuntur, eò redduntur odoratiora; & in regionibus ad Aquilonem ſpectantibus ſtirpes, quæ ex terra naſcuntur minorem odorem afflãt propter frigus, quàm in his,

quæ

quæ ad orientẽ vergunt ; & tanti valet aſpectus orientis ſolis; vt cortex plantæ Balſami orientalis; quò perfectius extillet Opobalſamũ, debeat ea parte ſcarificari, quà reſpicit orientem, vt teſtatur Meſ. lib. de oleo: & Ciuitates orientem ſpectantes ſalubriores ſunt quibuſcũque alijs; & à quæ etiã, quæ verſus orientem defluunt omnium sũt perfectiſsime; quia ſol exurgens, & illuſtrãs, vt habet Hipp. lib. de aere; aquis, & locis tex. 20. eas caſtigat; cum enim ſolem oriẽtem excipiant, cruditas earum neceſſario corrigatur oportet, nam ſolares radij mattutini caliditate coquẽtes, craſsitiem aquarum, &
dre-

duritiem naturalem auferũt. Quod ſi Petrus Caſtellus,dũ Balſamicam materiam examinabat; diluculò lucubraſſet, & poſt concoctionem iuxta preceptum Celſi lib. 1. cap. 2. ac oculos, & mentem in orientẽ ſolẽ cõuertiſſet. Profecto vtriuſque inde recuperata ſanitate; faſſus eſſet, orientale Opobalſamũ longè odoratius, & ſuauius exiſtere, ne dum occidentali Balſamo, quamuis odoratiſsimo; ſed etiam Moſcho, Ambra, Zibetto, Belzoino, & quacunque alia re odorata, quæ in noſtro hoc hemiſphero, ſeu à natura produci, ſeu ab arte confici poſsit. Qua propter cum Manfredicum Balſamum, quod à Ca-

ſtello temerè nuncupatur examinatum, defenſum, iudicatum, abſolutum, laudatum, & triumphans nomina enim ſunt ad placitum; & rē nec perficiunt, nec conſtituunt; vix poſtremum locū inter beneolentia ſmereatur; non ſolum ei non debetur nomen veri Opobalſami; ſed nec adulterati, & ementiti, vt inferius oſtendemus.

Sed ne fruſtra tempus conteramus in ponderandis erroribus iſtius, qui ab ipſamet epiſtola dedicatoria, faciunt initium: ſatis hoc nobis eſſe debet, vt vel incatè vel vltrò (veritate ſic permittente, quæ latere nequit

quit) fateatur, ſuum examinatum Balſamum, non eſſe verum, & legitimum Opobalſamum; nam pag. 117. habet numera Theriacans pecuniam Opobalſamũ, optimum erit. Ego pecunia nõ moueor, optimus Iudex; ſed auri ſacra fames Iudicẽ ſæpe corrumpit: numera pecuniam, &c. Si erit, ergo non eſt; nec vnquam poterit apud rectos iudices Opobalſamum iudicari Accedit quod pag. 19. & 37. non negat in controuerſo liquore odorem Iuniperi, nec pariter in eo cognoſcit, nec odorem thuris, nec ſuauiorem illam odoris fragrantiam inexplicatam præ magnitudine

dine ab Alpino, ſed duntaxat odorem terebinthi, cum nunquam ſcripſerit ſuum Balſamum habere odorem thuris, & illam ſuauiorem odoris fragrantiam; Itaque non poteſt eſſe Balſamum Alpini; quia iſtud in medio tempore, cuiuſmodi ſuũ eſſe ille tradit; thus, & terebinthum redolet cum ſuauiori odoris fragrantia; quæ iuniperi eſſe nequit, vtpotè nõ admodũ ſuauis, vel non ſuauior odore thuris, & terebinthi, & facilè cognoſcibilis, & explicabilis ab vnoquoque naſum, vel obtuſum habente, & in re plantaria, vel parum exercitato.

Quod Campij lucenſes A-

ro.

romatari ex communibus, accidentibus, & præſertim vnico;nempè ex quò ſolum aduerſariorum liquor celerrimè liquatur in aqua,& colore lateſcit, iudicant illum pag. 17. verum, & legitimum Opobalſamum; ſunt omnino excusãdi; quia ſunt Aromatarij,nòn philoſophi, qui exproprijs,&nõ cõmunibus, vel ſaltem non ex vnico ſed pluribus ſimul, & collectim sũptis poſſe cognoſci quod, quid eſt rei, ſibi pœnitus perſuadent; ſi enim illud ſolum ſignum, ſeu experimẽtum iu aqua ſufficeret ad declarandum, & conſtituendum,quidpiam pro vero Opobalſamo, liquòres certè ſa-

factitij à Veſtrio, quorum ſuperius meminimus; cum excellentius in aqua liquentur, colore lacteſcant, & ſtylo totidem ab aqua eximãtur, quàm controuerſus liquor, veriſsimum, & ſynceriſsimum eſſent Opobalſamum orientale, & tamen non ſunt nec verum, nec adulteratum; quod verum in qualitatibus æmulatur; ſed quid compoſitum ex terebenthina, & alio liquore. Nec pariter eſt verũ; quod Campij ad defenſam ennarrati liquoris ibidẽ ſcribunt, nimirum Opolſamum ſolũmodo recens, vnius anni lac coagulare, & maculam non relinquere in panno laneo; per hæc verba. *Onde volen-*

do vedere queſte proue del tutto rioſcibili è neceſſario hauere del Balſamo freſco, cioè raccolto l'ãno medeſimo; ſucci (*dice* Dioſ.) probatio eſt, vt ſit recens. *Di queſto dunque non hauendone; perche dunque perder il tempo in far proue di quello, che il tempo iſteſſo ci vieta di vedere?* Quippè recens differt à recentiſsimo; vnde vtimur Theriaca recẽti, & alijs medicamentis opiatis poſt ſex menſes, non autem recentiſsimis, ante ſex menſes, Euphorbium requiritur recens; non autem recentiſsimum, vt voluit Meſ. dum ſcripſit; Melius eſt quod eſt recens, ſuper quod iam pręterijt annus; recens vero anni ſui, eſt ſicut venenum, &

ignis

ignis;ſed Dioſc.hic adhibuit recens, non ad excludendũ recentiſsimũ, & recentius; ſed ad denotandas vires Opobalſami, & excludendam eius ſenectutem ab vſu medico. Ergo dictio recens apud Dioſc.totum illud tempus comprehendet, quo Opobalſamum non eſt ſenex & viribus languidum. Intereſt enim non quæ ætas ſit ex Celſo,ſed quæ vires ſint; & ſenex videret vt iuuenis; ſi oculum haberet, vt Iuuenis, & medicamentorum probitas non ab ætate, verũ ex eorundem ſubſiſtantia, & qualitatibus conſiderantur;nam Gal. lib.de Theriaca ad Piſonem cap.3.ſcripſit multa narium iudicio explo

ramus, imprimiſque medicinarum vires, quarum integritatem odoris vehemētia, imbeccillitatem eiuſdē remiſsione colligimus; Itaque cumMāfredicus liquor; ſi eſſet re vera Opobalſamū, ſit validis viribus, & ideo recens, nam proiectus in aquam non deſidet, ſed continuo aſſurgens ſupra totam aquæ ſuperficiem expanditur, eique miſcetur, & citiſſimè in ea diſſoluitur, quæ non efficit ex Alpino Opobalſamum, niſi dum eſt recens, & validis viribus, deberet ſine aliqua controuerſia inſtillatus in lac, & in pānum laneum, illud coagulare; hic maculam non relinquere, maximè à lotione.

Quo-

Quocirca cum lactis nullam omnino partem; ſed vix ſe totū ibidē coagulet; & hic maculā relinquat; quæ nec aqua, ſeu, calida ſeu frigida abigitur; affirmare oportet, nullo pacto eſſe Opobalſamū

Hæc rectè animaduertēs D. Baldus, ad ſuam, ſuorumque Collegarum approbationem ſubſtinendam; ait 1. pag. 15. & 41. Sed longè melius dixerat antea Dominus Baltaſſar Bonannus vir valde eruditus in ſua ſcriptura tradita D.D. meis, nempè ſuum Opobalſamum non poſſe, niſi eam lactis partem coagulare, quam tangit, cū actio ex Ariſt. 1. de generat. tex. 78. nō fiat in remotum; nec lactis coagulatio ſequa-

tur per contactum virtualẽ; ſed ſolummodo per realem, vt ex Opilionibus licet intelligere; qui vbi coagulum in lac ſufficienter inſtillarũt iuxta lactis menſuram, ſpatula lignea commiſcent, vt lactis omnes particulas valeat coagulum penetrare; & hoc pacto lac corporaliter contactum coagulari, & à ſuo ſero diuidi referũt; Vnde infert aduerſarius ſuum Opobalſamũ præ multa leuitate in lac inſtallatũ non deſidere, ſed ſupra totã lactis ſuperficiem expandi, inſtar telæ albæ incumbere, & ſupernatare; ac ibidẽ coagulari; & propterea non poſſe, niſi eam ſuperficialẽ lactis partem coagulare, quã tan-

tãgit; quã coagulare aſſerit.

Secundo ſcribit pag. 41. ſuũ Opobalſamũ relinquere quidem maculã in panno laneo;ſed non olei modo;quia illa non dilatatur, nec augetur nec humiditatem quaſi inexpugnabilem conſeruat, etiam poſt lotionem, vt macula relicta ab oleo, alijſque rebus vntuoſis; verum poſt lotionem arida percipitur, & ſicca, paulatimq. deficit; quo pacto relinqui maculã ab Arabico Opobalſamo aſſerit ex Alpin. alijſque ibidẽ citat.

Reſpondetur ad primum negando liquorem illum ab aduerſarijs. nuncupatum Opobalſamũ verũ coagulare eam lactis partẽ, quã tangit, & cum multas tangat, dum

mergitur, & mox in ſuperfi-
cie dilatatur; multas etiam
coagularet, cum re vera vix
ſe totum coagulet, vt expe-
rientia clariſſimè conſtitit
coram D.D. meis, & ſemper
& quandocumque conſtare
poteſt ad arbitrium, & vo-
luntatem vniuſcuiuſque.
Quommodo vero Opobalſa-
mum legitimum lac coagu-
let, & quommodo coagulũ;
videat D. Lector ſupra c. 1.
§. licet inter attributa, &c.
Sed hic placet addere, ſpiri-
tus odoriferos in lactis ſub-
ſtantiam effuſos ſua calidita-
te cogere ſimilia, & ſepara-
re diſſimilia, cum quicquid
lac coagulat calidum ſit; li-
cet nõ è contra, veluti coa-
gulum; quod à lactentibus
bel-

belluis petitur, gallium herba, lac fici, nõ tamen caprifici; quod frigidum eſt; & propterea (vt inquit Theophr. lib. 1. de cauſis plantarũ, cap. 19.) non poteſt lac coagulare. Si quã tamen frigida id præſtare videantur, vt vas æneum plenum aqua frigida ſuperimpoſitum; lacti bullenti; aut frigidum eximel eidem reſperſum id faciunt contrahendo calorem, vt sẽtit doctiſſimus atteſtatione acutiſſimi Ceſalpini Vidus Vidus lib. 16. par. 1. de curatione generatim cap. 7. Præterea addo hic modum egregium; quo lac coagulari ab Opobalſamo ſcribit aduerſarius Caſtellus pag. 44. vbi ait, occupans recens Opobalſamum ſubtiliſſimæ te

læ modo totam lactis ſuperficiem, lac reſpirare prohibitum,& quaſi ſuperficie dēſata obſtructum coagulatur. Si id eſſet verum; poſſet lac & oleo,& alijs multis modis coagulari; immo deberet à Mãfredico Balſamo coagulari;nam celerrime telę modo totam lactis ſuperficiem occupat, & obſtruit; ſed nõ eſt verum, & Caſtellus vti ſimplici ſta maximus, maximam protulit ſimplicitatẽ.

Reſp. ad ſecundum concedendo, aſſertum Balſamũ non relinquere maculã olei modo; ſed negamus, illam aqua abigi,& deleri poſſe, & poſt lotionem ſponctè euaneſcere; cum adhuc octo circiter ab hinc mẽſibus macula illa relicta in panno laneo

neo à Manfredico Balſamo adſit, & nihil pœnitus euanuerit; licet corã D.D. meis aduerſarius Manfredus omne periculum fecerit illam tollere aqua. Cũ igitur macula relicta etiã poſt lotionem à tot menſibus, adhuc adſit in panno laneo, & nihil pœnitus euaneſcat, aſſerere falſum eſt liquorẽ controuerſum eſſe verum Opobalſamũ; cum ex Dioſc. merus Balſami ſuccus in laneã veſtem fuſus, neque maculam faciat; neque ſi eluatur notam relinquat. Ergo nota à lotione debet ſtatim euaneſcere.

Sed queritur Caſtellus in ſuo examinato Balſamo p. 65. quod ad penetrationem

fuerit effuſus Manfredicus liquor ſupra pannum laneũ, à DD. meis Conſultoribus; & ita ſcribit. *Il terzo errore, nel quale potrete facilmente incorrere, ſarà nelle proue delle macchie; perche ſe voi penſaſte d'inſuppare bene vn drappo con il Balſamo, e ſtropicciarlo aſſai, acciò la ſoſtanza dell'Opobalſamo lo penetri tutto, e poi voleſſiuo con l'aqua leuarlo, dimoſtrareſte vna grand'ignoranza; perche Dioſc. ſcriue* inſtillatus, & guttatim *e non dice imbeuerato, & ſtropicciato, ma gittato ſopra il panno caprino à goccie, e legiermẽte.* Sed cum inſtillare apud latinos ſit ex alto guttatim effundere ſeu intro fundere ad penetrationẽ Vnde Gal. ad alterandum cerebrum oſ-
ſeo,

ſeo, & duro cranio tectum, 13. Meth.cap.22.& 3.Simpl. cap. 18.præcipit ſtillicidum, nempè vt medicamentum humidũ ex alto effundatur, ac veluti fontis ritu illidat; Quippè pœnitus intro abiectu magis compellitur; & fatetur in ſe ipſo in ſyncipitis loco ex ſtillicidio roſacei frigidi citiſſimè, clariſſimeque ſenſiſſe ſe eius intro penetrationem; ſic etiam ſtillicidio aquæ aſſiduo lapis excauatur, & pluuia ſi paulatim deſcendat, & guttatim ſtillet ex Ariſto. 1. probl. 57. magis ſe ſe terræ inſinuat; quàm ſi affatim; veriſimile eſt Dioſc. præcepiſſe, vt O-balſamum tandiù inſtillaretur in pannum laneum, do-

nec

nec penetraret, & intimius per omnes lanei pãni partes intrinſecas ſe ſe inſinuaret; ſi enim voluiſſet, vt gutta tã. tum; eaque leuiter, & non ad penetrationẽ inſtillaretur, rem ſanè indignam tanto philoſopho præcepiſſet, cum ex Ariſt. 1 Phyſ. ab inſufficiente cauſa nihil fiat. Itaque celebre illud pronũciatũ ex Themiſtio. 2. de anim. depromptũ; nempè maxima pars eorum, quæ ſcimus, minima pars ſunt eorum, quæ neſcimus, adamuſſim verificatur in eo, qui veritati cõtradicit.

CAPVT III.

SATIS hactenus declarauimus, liquorē illum à Mãfredo adhibitum in conficiēda Theriaca, non eſſe verum Opobalſamum; ex quo eximia illa Balſamici odoris ſuauitate, & fragrantia, ſit pœnitus deſtitutus, & in pannum laneum, & lac inſtillatus ibi maculã relinquat, quæ aqua ablui nequit, hoc non coagulet. Methodus è veſtibulo noſtri diſcurſus propoſita requirit; vt in præſenti hoc ter-

tertio capite oſtendamus, liquorem illum eſſe materiã quandam factitiam, & compoſitam è pluribus ſubſtantijs, ſed ſine Opobalſamo; Verum quia medicamenta cõpoſita, & præſertim adulterata, quæ in fraudem conficiuntur, ex rebus inter ſe cognationem, & ſymboleitatem habẽtibus ſemper cõponuntur, & ideo ex pluribus vnum fiunt, & multa, vt aiebat Plato, vnum ſunt, & vnum multa, non poſſunt, niſi confuſa, & coniecturali cognitione diſtingui, & ſecerni. Idcirco nos ex coniecturis, & argumentis, ſi non euidentibus, & demonſtratiuis, ſaltem non exigui momenti, oſtendemus enarra-

ratum liquorem, vt ſic & in iſto ſtatu, & conſiſtentia nõ eſſe ſimplex, & ſine alienæ ſubſtantiæ conſortio ſed eſſe factitium, & compoſitum ex multis ſimplicibus medicamentis; quod vnicuique modo habito facilè innoteſcere poteſt, conſideranti quantitatẽ eius liquoris Romam aduecti, locum, vnde Romam venit, Perſona, quę illum vendidit, vile pretiũ, quo fuit venditus, ac eiuſdẽ ſubſtantiam, & conſequẽtia ſubſtantiam.

Quantitatem, & menſurã iſtius controuerſi liquoris definitè ſcribere, & experimere nõ poſſum, nec debeo, cum totam, nec viderim, nec quam vidi, tutrina ponderа-

derauerim, & tamen ex veris coniecturis modica, & exigua eſſe non poteſt; tum quia notabilis Theriacæ, quantitas, ad centenas ſcilicet libras a duobus dictis Aromatarijs confecta eſt; tum quia multa etiam eius liquoris copia ſuperfuit, cuius pars adhuc eſt apud Illuſtriſſimum D. Colliculam, Sanctiſſimi Domini Vrbani Octaui Medicum intimum, & pars apud Aromatarios dictos, & etiam alios hic Romæ, pars fuit trãſmiſſa Neapolim ad Ioſephum Dõzellum Aromatarium; pars Lucam ad Campios Aromatarios, pars Florẽtiam ad Ioannem Nardium Philoſophũ, & Medicum, pars Patauiũ;
ad

ad Ioanem Veſlingium, & pars Meſſanam ad Petrum Càſtellum; Itaque ex tot partibus non poteſt conſurgere niſi notabile quantum, nam modicum, & exiguum in tot partes diuidi non poſſet, præſertim cũ ex vnaquaque parte ab vnoquoq. ad quem fuerat tranſmiſſa, deberent, fieri experimenta ad habendam abſolutam rei veritatem ſecundum tradita à Dioſc. & alijs de Balſamo ſcriptoribus: Verũ enim verò quòd quantitas hæc debeat iudicari ſuſpecta ab vnoquoque deprauatum animum non habente; dubitari nõ poteſt. Etenim Plãta; vnde Opobalſamum deſtillat ex Villamõtio, Bellonio

nio,& alijs valde puſilla eſt, & ad ſummum alta pedes duos, ſtipitem habet pedis lõgitudine,& pollicari craſſitie, tenuibus ramulis prædictum; qui raris folijs præditi ſunt; quæ tamen non vbique terrarum ſpontè naſcitur, & viuit; ſed in aliquibus tantum fœlicis Arabiæ terris, & non omnibus; & pretioſiſſimus ſuccus non ex qualibet fruticis parte; ſed ex caudice tantum cortice ſcarificato orientẽ ſpectante reſudat, & non indeſinenter,& quocunque anni tempore colligitur; ſed dũtaxat con cularibus diebus; quo ſcilicet tẽpore ſol. noſtro vertici magis eſt propinquus, & in noſtro hemiſphe-

ſphero longiorem moram facit; & nō quælibet planta Balſami fert Opobalſamum; nam nouellæ plantæ, cum in eis alimentum totum ad incrementum; fructificationemque abſumatur, & annoſæ imbecilles ob inopiā caloris innati, ſuperfluum nō habeant alimentum; & ideo ſanguis in ijs, nec turgeat, nec vrgeat; Opobalſami nihil pœnitus extillant; addo quod non quælibet planta Balſami iuuenis, & in ſuo vigore exiſtens fert Opobalſamum; ſed quę in pingui ſolo naſcitur, vel inſerititur, & magna diligētia cuſtoditur; vt teſtatur oculatus Alpinus dialog. de Balſamo toties

ties citato, cap.2.vbi habet, Nihil hę, atque aliæ in arenoſis, ſterilibuſque locis viuentes Opobalſami ferunt; ideo incolæ eas excerpunt, atque pingui in ſolo inſerũt fœcundiſsimaſque reddere ſtudent; Ergo ſuccus ſtillãs ex tali planta non poteſt eſſe niſi quam pauciſsimus,nõ ſolũ pro paranda Theriaca per vniuerſam Europam, & Orbem totum diſpergenda, ſed etiam; pro Principibus Turcarũ,& eius gentis;vnde per bellè quidẽ Halli Baſſa apud Augeriũ Busbequium dixit, hoc eſſe munus rarũ, quo ſuus Dominus,Turcarũ Rex nullum maius amico, aut cõfederato Principi do-

rare

rare poteſt; nec mirum videatur; quia idem Rex dono recipit ſingulis annis à Seriph. Arabum Principe tres, quatuorue libras Opobalſami in compenſationem magni muneris ad eundem tranſmiſsi, de quo inferius: Idipſum habetur à Dioſc. dum inquit manat è plaga ſuccus tam exiguo ſtillatu, vt annis ſingulis, ne plures quidem, quā ſeni ſeptenìue cōgij cogantur; Vnde nō mirum ſi Alex. magnus, vt refert etiam Plin. totam in horto Balſamifero diem æſtiuam conſumeret, vt concham Opobalſamo impleret. Quod ſi congium eſt menſura pendens ex Amato luſitano nouem circiter libras

Opo-

Opobalſami vindemia non tranſcendet 70.librat.

Sed aduerſarius Baldus pag. 20. ſuarum propugnationum totum oppoſitum dicit; vbi languidis viribus conatur oſtendere multam huius ſucci copiam colligi in Arabia fœlici, & ait 1.ex Alpin. qui proximè citato à nobis loco ſcribit; omnes prædicti nobiles Turcæ vno ore affirmant propè Mechã & Medinam in mõtibus plãnis,cultis, & incultis locis innumeras Balſami plantas ſponte natas ſpectari plurimaſque etiam in arenoſis, ſterilibuſque locis, quæ tamen nihil,vel minimum ſucci producunt. Quò ſtante infert Baldus, non ne innumeræ

meræ illæ plantæ poſſunt multam ſucci copiam progignere, & ex ea non nihil etiam; immo nõ parũ ad noſtras oras aſportari? Magna eſt Arabia in qua naſcitur; & vaſta prouincia; rerumque ſimilium fericiſsima.

Secundo ſcribit ibidem ex Alpino lib. de Plantis Aegipti cap. 14. ſic loquente; ſcito ibi à Seriph. Arabum Principe Opobalſamum ſolere locari; ſoluuntque, vt audio, aliquot milia aureorum in ſingulis annis, & qui habent ab ipſo conductum; quibus volunt vẽdunt. Quæ ſanè verba, inquit Baldus: non exiguam Opobalſami quantitatem; ſed magnam

illic reperiri, vnicuique palam faciunt.

Tertio habet pa.7. Quod vero ex alio poſsit eſſe genere (vult probare ſuum Opobalſamum eſſe factũ per decoctionem) indè perſuadetur, quod iſtius ſucci per decoctionem eliciti; tanta non eſt apud Aegiptios penuria, vt iam dicti per inciſionem collecti; ſed in magna copia illuc ex Arabia deſertur; vt Ioannes Veſlingius nunc Anotomicus primarius, & Botanicus in Patauino Gymnaſio, qui durum regiones illas perluſtrauit, in ſuis obſeruationibus, & notis ad Proſperum Alpinum de Plantis Aegipti, his re-

refert verbis. Non tamen exiſtimandũ eſt; quod Memphim ex Arabia lagenulis, vtribuſque plenis aduehitur Balſamum; quãtumuis odoris ſuauitate gratum ſit ſyncerioris cõcretionis lachrymam eſſe. Minimum quidẽ eius ex plaga corticis deſtillat, maxima pars ligni, frondiumque decoctione conflatur. Cum ergo magna iſtius adſit copia, nulli mirũ videri debet, ſi Venetias portio aliqua tranſmiſſa eſt, & inde etiam ad Vrbem.

Reſpondetur ad primum, fatendo me non intelligere, an acutiſsimus Baldus loquatur phyſicè, an Mathematice, nam ſi loquitur Phyſice nego conſequentiam;

quia dicto nihil, eſt vniuer-
ſalis negatiua; tex. eſt in l.
is qui ducenta §. vtrum, ff.
de reb.dub.& dicto, minimũ
cum ſuperlatiuum ſit à pa-
rum, æqupollet dictioni, ni-
hil, quarè ex nihilo, nihil,
ex Ariſt. noſtro 1.Phyſ.tex.
33. & ex minimo non niſi
minimum produci poterit;
ſi autẽ loquitur Mathema-
ticè cedo ei; ſed quia agitur
de materia phyſicæ cõſide-
rationi ſubiecta, quæ phyſi-
cè debet cognoſci; non ſe-
quitur, vt ex nihilo, & mini-
mum multum, & copioſum
produci poſſit, & debeat;
ſed nihil, & minimum; vt
clariſſimè ſonãt, & innuunt
verba Alpini; nempè, quæ
tamen nihil, vel minimum
ſuc-

ſucci producunt, vbi cum dicto, tamen, ſit limitatiua, & reſtitutiua. l. pro hærede §. Quod autem, ff. de acquir. hęred. debet hoc pacto interpretari. Quæ tamen, ſcilicet plantę licet innumerę ſint, nihil vel minimū ſucci producunt; Quarè argumētum Baldi habet plus apparentiæ, quam veritatis.

Reſpondetur ad ſecundū, Alpinum in eo non eſſe audiendum, cum loquatur per verbum audio, & ideo ſit teſtis de auditu; maximè quia contrarium ex eodem colligitur dialogo de Balſamo, cap. 2. vbi habet. lege ijs populis interdictum eſt, ne præter fiſcum, quis plantā

Balſami ſerere queat, vel flores, vel ramulos, vel fructus ſine publico mãdato quis capiat, ergo non locatur, vel ſi locutur quod nõ credo, conductores nõ poſſunt vendere Opobalſamum cui volũt; ſed eſto, ſibi non contradidicat Alpinus, & loquatur de viſu; attamen conſequẽtia ex aduerſo elicita, non poteſt eſſe vera, quia dictio; aliquot non verificcatur vltra decem; quarè quantitas Opobalſami ſẽper erit modica, & exigua, non ſolum vt in totum orbem diſpergatur; ſed etiã pro vſu Principum, & Magnatum eius gentis; ſentiendum igitur cum Petro Caſtello aduerſariorum aduocato pag. 44.

ſui

ſui examinati Balſami, & pag. 38. in com. ſuper antidotariũ Romanũ vbi ſecũdum veritatem ſcribens ait, noſtris Aromatarijs non eſſe Opobalſamum in vſu ob pretium, & inopiam eius.

Reſpondetur ad tertium quod cum Planta Balſami puſilla admodum ſit, & tenuis, & apud Arabes, & quoſcunque ex Bellonio ſit celebris, precioſa, raraque, ramuli, ex quibus fiet decoctum nõ poterunt eſſe, niſi quam pauciſſimi, & tenuiſſimi, ij nempè, qui quotannis cultura amputãtur, qua ſuperiores, tenuioreſque ramulos tantummodo amputari, & ſuperuacanea abſcindi certiſſimum eſt. At-

qui ex tenui denſo, & non
multo, vel exiguo corpore,
vti erunt ramuli illi in vnũ
collecti, & redacti, phiſicè
nõ niſi modicus humor ex-
trhai poterit, maximè in a-
qua vi igni; tum quia Opo-
balſamum cum aqua nõ per
miſcetur, ſed ſimplex, & ſyn-
cerus ab ea extrahitur, tum
quia ramulorum ſuccus, tã-
quam in tertia coctione ma.
gis elaboratus, attenuatus,
& depuratus, præ tenuitate
vi ignis faciſſimè in vapores
reſoluitur, & abſumitur; &
ob hanc cauſam conſulebat
Alpinus c.6. citati dialogi,
vt recentibus ramulis phar-
macopei vti debeant, cum
pauco etiam tempore omni
odore, & ſapore deſtituan-
tur;

tur; tanta enim illius humidæ ſubſtantiæ in qua odor, ſaporque fundatur, tenuitas exiſtit; vt cito exſoluatur; & euaneſcat: Vnde ſi ex multo non niſi paucum colligi poteſt, quid ex pauto, & non multo colligetur? Quodſi cũ oleo fiat decoctũ; quia cum eo Opobalſamũ, velut ſuccus reſinaceus, habet cognitionem, & ſymboleitatem, promptè ſoluitur, & accurratè permiſcetur; decocti quantitas maior reſultabit iuxta olei portionẽ; ſed cum propoſirus liquor non ſit Opobalſamũ ex decoctione ramulorum, frondiumque in oleo; cum non relinquat in veſte maculam olei modo, nec ſit ex decoctio.

ctione eorundem in aqua vi ignis ex ſuperius demonſtratis cap. 2. §. aſſerit tertio pag. 39. ſuum, &c. non facit ad rem etiam ſi ei concedamus, maximam copiam ibi parari huius ſucci per Decoctionem extracti.

Locus obſtat Manfredidico Balſamo, nam cum Romam venerit Venetijs, & Veneti Aromatarij eo non vtantur in cõficienda Theriaca, pro comperto habendum eſt ibi non reperiri verum Opobalſamum, cum ibi etiam, vt omnino exiſtimo, adſint Medici, & Aromatarij docti, ingenui, & boni Chriſtiani publicã vtilitatem non minus affectantes, quam Medici huius Ro-

ma-

mani Collegij, D. D. Manfredus,& Panutius;maximè quia Theriaca ſine Opobalſamo non eſt tantæ virtutis vt teſtatur Daniel ſenertus, Medicus,& Doctor eximius lib 4. de præſeuerat.à peſtilentia cap.7.vbi habet. Ceterum cum doctiſſimorum, Medicorum diligentia effectum hodie ſit, vt genuina ad Theriacam componendã ſimpliciaomnia verè iam nota ſint,effectus tamen nõ reſpondeat, vnius adhuc,& quidem præcipui medicamenti defe ctũ, cauſam eſſe puto, cur eos effectus nõ edat hodie Theriaca,adquos à veteribus tãtoperècõmendata eſt, defectũ ſcilicet Opobalſami,cuius vſui vtPro

ſper. Alpinus de Medicinæ Aegiptiorum refert, plus fidunt hodie Agiptij, quam alijs auxilijs, neque oleum deſtillatum gariophillorum cinnamomi, nucis moſcatæ, vel aliud defectum eum ſupplere poteſt. Nec facit, quod Veneti Aromatarij, vt apud Baldum pag. 65. habet Aemilius Pariſianus Romanus Philoſophus, & Medicns Venetus, Theriacam conficiãt non ad centenas libras, ſed ad millenas; quia ſi cum Opobalſamo vero, ſi illud haberent non poſſent conficere millenas, conficerent ſine dubio centenas, & pauciores; ſi non ad publicam, ſaltem ad priuatam, & preſertim Magnatum vtilitatẽ.

Ita

Ita ſi etiã Meſſanenſes Aromatarij, vt tradit Caſtellus, pag. 116. in ſuo examinato Ballamo, quotidie reciperent ex Aegipto vaſcula Opobalſami, ex eo cõficerent Theriacã; ſed liceat mihi duo ſibi loca contraria adducere, vt inde veritas eluceſcat, Caſtellus citato loco ita ſcribit. Ego autem, qui Meſſanę dego, ad quã naues ex Aegipto quindecim, & duodecim dierũ ſpacio, aliquãdo octo perueniunt; plura ab amicis quotidie vaſcula Opobalſami recipio inſpiciendi gratia, & primum aſpicio ſubſtantia magis, & minus craſſa; & quidem vltra viginti Opobalſami Cayrini vaſcula inſpexi, & omnia

nia experiri volui in aqua, dilatabantur magis, & minus, ſtylo poſteavnita aliquã do mox ſubſidebant, aliquãdo vero in ſuperficiè remanebant per aliquot dies, &c. & tamen pag. 44. ſcribit cõtrarium, nempè noſtris Aromatarijs non eſſe in vſu Opobalſamnm ob pretium, & penuriam eius, quod repetit in ſuo antidotario de anno 1637. pag. 38. & in libello quodã typis excuſſo, & inſcripto, Theriaca d'Antromaco *compoſta publicamẽte in Meſſina da Giouan Domenico Cardullo Speciale*; ſcripta reperitur, pag. 8. approbatio eiuſdem Theriacæ fatta ab eodem Caſtello ſub die 13. menſis Octobris anni

ni dicti 1637. ex qua clarè colligitur Meſſanæ non reperiri verũ Opobalſamũ; ſi tamẽ Caſtellus nõ ſit ex ijs, qui modo aiunt, modo negant; nam cũ præfatus Cardullus maxima ſedulitate, & ſumptu compoſuiſſet Theriacam, ſi potuiſſet habere Opobalſamumverum, non oſtendiſſet magno ſuo dedecore factitium; & falſum, vt patet ex dicta approbatione, quæ eſt infraſcripti tenoris videlicet.

Nos Petrus Caſtellus Romanus, & nobilis Meſſanenſis almi Medicorum Collegi huius nobilis Vrbis Meſſanæ Prior, & Decanus, nec nõ primarius Theoricę Medicinę ordinarius profeſſor, olim

olim in patrio Gymnaſio Phyloſophiæ, Medicinæ, & ſimplicium doctor, de Collegarum per nos aduocatorum conſenſu indubitatam fidem facimus, & publicè atteſtamur Antidotum, Theriacam Andromachi in ſcriptum hoc anno 1637. à prędicto Io. Dominico Cardullo maxima vel ſedulitate, ſalertia, labore, peritia atque ſumptu fuiſſe compoſitum, adeo vt nihil ornatius, perfectius, laudabilius excogitari potuerit. Idque potiſſimum cum ſimplicium medicamenta antidotum ingredientia à nobis attentè viſa, & exactè conſiderata (pro ea, quam ab ineunte ætate ſimplicium peritiam

ha-

habemus, & vltra 37. annos eorum cognitionem Romæ alios docuimus, & ſæpiſſimè alijs Theriacam componentibus adſtitimus) optima, perfecta, recentia, vera, genuina, neque exſoleta, neque ſuppoſititia, reperta fuerunt; tribus exceptis Opobalſamo, Carpobalſamo, & vero Cinnamomo; quod ad nos non deferri albi fuſsè probauimus; horum tamen vice æquiualentia, & viribus minimè inferiora ſubſtitui annuẽtibus doctiſſimis Collegis permiſimus.

In quorum fidem communi conſenſu nemine reclamante Collegæ omnes, qui ad fuerunt omnia ap-

pro-

probantes ſubſcripſerũt, datũ ex ædibus noſtris pridie idus Octobris 1637.

Idem ego Doctor Petrus Caſtellus Romanus almi Collegij Vrbis Meſſanæ Prior, Decanus, &c. affirmo vt ſupra.

Hinc manifeſtiſſime apparet; quàm ſibi contraria loquatur Caſtellus circa exiſtentiam Opobalſami.

Perſona pariter Mercatoris, à qua fuit tranſmiſſum dictum Mãnfredicum Balſaſamum, reddit illud falſitatis ſuſpectiſſimum; cũ credibile nõ ſit, vt ſyncerũ oriẽtale è plaga corticis deſtillans poſſit hodie deuenire ad manus Mercatoris. Quippè tale Opobalſamum ob ſui pe-

penuriam, & præclaras dotes, quibus cæteris omnibus odoratis ſubſtantijs, cunctiſque medicamentis præſtat, fuit ſemper in maximo pretio, & æſtimatum regale munus. Hinc Regina ſaba, vt refert Ioſephus fideliſſimus Hiſtoricus lib. 8. de antiquit. Iudicis, plantã Balſami aſportauit in Iudeam; & Regi Salamoni dono dedit. Seriph Princeps Arabum, vt habet Alpinus, lib, de Plantis Aegipti c. 14. & dialogo de Balſamo ca. 5. dono remittit ſingulis annis potentiſſimo Turcarũ, Regi Opobalſami tres, quatuorue libras; & Rex Turcarum, vt ſcribit Augerius Giſlenus nullum maius munus amico;

co, aut cõfederato Principi facere poteſt, quàm Opobalſami vaſculum; immo addit; quod pecunia comparari non poteſt; quæ verba manifeſtè declarant, illud non poſſe emi à Mercatoribus; Nec ob aliam rationẽ, quàm ob difficultatem habendi ſyriacum Opobalſamum, vnum ex ſimplicibus Theriacam ingredientibus, Gal. exiſtimauit lib. 1. de antidotis c. 4. non in alio tractu poſſe melius confici magnas antidotos; quam Romę quod eò optima queque Imperatoribus afferantur; Quod ſi eo tempore, quo in Aegipto, Iudæa, & ſyria plantæ Balſami colebantur, tantopere deſiderabatur Opo-

pobalſamum, quanto magis nunc deletis Iudææ, Syriæ, & Aegipti Balſamiferis Hortis, & imminuta plantarum cultura ſuſpirari debet; vt è manu Mercatoris haberi poſſe credibile non ſit Idipſum etiam clariſſimè perſuadent verba Alpini; dum ita cap. 2. ſui dialog. tradit; lege tamen populis Arabiæ interdictum eſt, ne præter fiſcum; quis plantam Balſami ſerere queat, neque ſuccũ, neque flores, vel ramulos, vel fructus ſine mãdato quis capiat. Hanc difficultatem habendi verum Opobalſamum præmonſtrant etiam antidotaria totius Europæ, & præſertim Romæ

dum

dum Opobalſamo in confi-
cienda Theriaca ſubſtituūt
alia medicamēta non æqui-
ualentia, vt firmauimus ſu-
perius ex ſententia doctiſſi-
mi Senerti. Quod ſi Opo-
balſamum facilè haberi poſ-
ſet, vt ſanè poſſet; ſi Mer-
catores illud venderent, tot
Medicorum Collegia à tot
ſeculis rem non laudabilem,
& damnoſam omnino vni-
uerſæ Reipublicæ permiſiſ-
ſent, & cum hoc credendū
non ſit, ergo negandum il-
lud, nempè Mercatores poſ-
ſe de facili habere Opobal-
ſamum vendendum. Et ſa-
nè fruſtrà Reges, & Princi-
pes, vt Magnus Dux Etru-
riæ conſeruarent Opobalſa-
mum

mum tanta diligentia in Ergaſterio ſelectioribus pharmacis dicato, vt narrat in ſua Epiſtola apud Baldum pag. 67. Nardius Medicus, ſi illud ad libitum, recenterque poſſent à Mercatoribus emere. Quamobrem dùm vnus è Mercatoribus Venetis habet vltra duodecim libras huius liquoris temerè Opobalſamũ oriẽtale nuncupati, vt teſtes ſuper huius rei veritate Venetijs iudicialiter examinati deponunt; non poteſt liquor ille eſſe verum Opobalſamum; ſed materia quedam factitia, & fraudolenta.

Cæterũ magnus ille ſimplicium Proto Pręfectus Petrus

trus Caſtellus in ſuo trium-
phante Balſamo nuper edi-
to; quo oſtendat poſſe O-
pobalſamum emi à Merca-
toribus, ait, pag. 22. In hoc
mundo omnia ſunt venialia
Eſaù vendidit primogeni-
turam; Ioſeph. à fratribus
fuit venditus; vbique terra-
rum fit Mercimonia laborũ
lecturarum, Hominum, &
aſinorum, experto crede
Ruberto. Impius Iudas vẽ-
didit Pijſſimũ Magiſtrũ, &c.
Hæc ſcripſit Caſtellus ſub
cane, ante concoctionem,
& circa meridiem, quo tem-
pore magis dormire, quàm
philoſophari cõcupiſcimus;
vnde non eſt mirũ ſi cõclu-
dat centũ homines hominẽ
nudum expoliare poſſe, &
de

de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus poſſe pariter colligi.

Quamuis Aegiptus, Iudea, & ſyria nunquam fuerint plantarum Balſami patrium, & natiuum ſolum, cũ ibidem ex Arabia delatæ, & in hortis inſertæ tantum alereatur, & viuerent; nihilominus tamen antiqui plantarum ſcriptores Dioſcor. Plinius, Theophr. & etiam Gal. non aliam mentionẽ faciunt quamde Opobalſamo Aegiptiaco, Iudaico, & Syriaco. Sed cũ Arabicum Opobalſamum, ex quo in patrio ſolo, & ex planta culturę minimè ambitioſa colligitur; præſtantioribus ornamentis & dotibus prę-

ditum ſit quocunque alio Opobalſamo ex plantis inſertis, & cultura cuſtoditis collecto; arbitrandum profecto eſt antiquos de illo, & non de iſto ſcripſiſſe; vel quia iſtud ad eorum manus, & naſum nũquam peruenerat; vel quia illud præ copia, & quantiate; quæ inde habetur; cum planta Balſami cultura in terris pinguibus ſucci maiorem copiam emittat, & ſi aquioſiorem, & minus odoratum; quam in Siluestribus, & natiuis; primatum teneat; & ſua quantitate deprimat Arabicum, ac ſi non reperiretur; velut lumen maius offuſcat minus, & ad præſentiam ſolis lux ſtellarum obſcuratur ve-

Verum & ſi Opobabalſamum apud antiquos in maiori copia reperiretur; quam apud nos, & noſtra hac tempeſtate, quod nunc, in Aegipto, nec Iudea, nec in Syria amplius cicurentur, & viuant Balſamiferæ plantæ; Attamen apud eoſdem etiam Opobalſamũ erat in magno pretio; cum in loco, vbi colligebatur, põdus duplo rependeretur argento; fortè quia eæ planię in viridarijs extra natiuam terrã, velut magno ſtudio, & ſumptu ex Alpino cõſeruabãtur; ſic qualibet, vel leui negligentia peribant, & areſcebant; vnde effectum puto, vt in ijs locis hodie amplius non inſerantur. Er-

go conſtat ex Antiquis, quo pretio ibidem Opobalſamū emeretur, ſed quo alibi in diſtantiſsimis præcipuè locis venderetur, adinuenire non potui; coniectura tamen ſuadet magnum extitiſſe eius pretium; nempè quia varijs artibus lucri cauſa, referente Gal. tunc temporis adulteratum venderetur.

Quamobrem ſi eo tempore, quo ſuccus iſte nobiliſſimus copioſius colligebatur. quod plantę etiam eſſent copioſiores, vt nuper dicebamus, tanto pretio vendebatur, maiori certè extra omnem controuerſiā, hoc noſtro ſeculo, quo plantæ vix in parte vnius prouin-

uinciæ vegetant vendi debet; ſcribit Ioannes Manardus lib. 6. epiſt. 3. verũ Opobalſamum, vel ad nos non afferri, vel ſi affertur tanti pretij exiſtere, vt totius antidoti pretium præuertat; & Nardius apud aduerſariũ Baldum pag. 67. refert, Mercatorem quendam Aegiptiũ prædiuitem Liburni venum dediſſe quandam Opobalſami quantitatem anno ſalutis 1615. sereniſsimo magno Florentiæ Duci, & cõmutaſſe liquoris vnciam cũ libra argenti; Seriph. qui Mechæ præeſt, in compẽſationem clamydis auratæ, & centum, & quinquaginta milia aureorũ, quę per duos Præfectos à Turcarum Im-

peratore ſingulis ãnis dono recipit; dono pariter remittit eidẽ quadrigẽtas petias lineas indicas ſubtiliſsimas, & tres, quatuoruè libras Opobalſami, vt refert Alpin. Idẽ Alpinus citat. dialog. cap. 2. ex Arabibus Cayrum habitantibus narrat, Opobalſami quantitatem multam in Orientis loca comportari; ibique eſſe in ſummo pretio. Sed cum duplex Opobalſami genus apud Arabes reperiatur, vnum per inciſionẽ corticis ſub eſtu collectum, & alterum per decoctionem ramulorum, & frõdium elaboratum, & cum Alpinus ibidem non diſtinguat, de quo Opobalſamo loquatur; confugiendum ad

Ve-

Veſlingium qui dudũ in Aegipto commoratus in ſuis obſeruationibus, & notis ad eundem Proſperum Alpinũ ſcribit minimum Opobalſami ex plaga corticis deſtillare, & maximam partem ligni, frondiumque decoctione conflari; & inde Memphim aſportari; cuius verba ad maiorem lectoris cõmoditatem, & rei dilucidationẽ iterũ afferre volo; ait enim. Non tamen exiſtimandum eſt, quod Memphim ex Arabia lagenulis, vtribuſque plenis aduehitur Balſamũ, quantum vis odoris ſuauitate gratum ſit, ſyncerioris concretionis lachrymã eſſe. Minimum quidem eius ex plaga corticis deſtillat, ma-

xima pars ligni, frondiumque decoctione conflatur. Itaque aſſerendum eſt loqui Alpinum citato loco de Balſamo per decoctionem elicito; quod ſi iſtud; quod vile eſt, ſummo, hoc eſt altiſſimo omnium pretio venditur; alterum per inciſionem collectum, quod genuinum eſt, pecunia comparari non poterit. Quocirca vile pretium, quo fuit emptum Manfredicum Balſamum, cum à Veneto Mercatore fuerint ſoluta ſcuta quinq. noſtræ monetæ pro qualibet eius libra, vt ſupradicti teſtes deponunt; tollit illi, nedum omnem fidem veri Opobalſami, ſed ſatis etiã apertè declarant, illud

eſſe

eſſe materiam quandam factitiam, & fraudolentam. Placet hic quæ ex Busbequio epiſtola 4. legationis habētur, ad verbum ſcribere, vt plenè vtriuſque Opobalſami pretium, & differētia ab vnoquoque intelligatur. Poſt vnum, atque alterum diem idem equus cum duobus alijs nihilo deterioribus ab Halij Baſſa mihi dono mittitur; quorum vnus erat Arabs gradarius inſigni forma. Idem donauit me veſte ſanè quàm elegāti auro intertexta, & plena pyxide præſtantiſſimæ Theriacæ Alexandrinę: proſtremò adijecit vaſculum vitreū plenum Balſami; ſed non ſinę verborum honore. Cę-

rera,quæ mihi donaſſet non ſe magni ducere, quod pecunia comparari poſſent; hoc eſſe munus rarum, quo ſuus Dominus nullũ maius amico,aut cõfederato Principi donare poſſet, ſe aliquot annos Aegipto præfuiſſe, ex quo ſibi datam eius habendi facultatẽ; duplex eius fruticis ſucci genus:vnum,quod ex oleo decoctorum foliorum cogitur quod nigrum eſt, vile; alterum flauum, quod ex vulnere inciſi corticis ſtillat, quo ſum ab eo donatus,&c.

Præterea controuerſi liquoris artificium clariſsimè etiam detegitur ex eiuſdẽ odore: terebinthum, & iuniperum redolente;cũ enim

vna-

vnaquęque odorum ſpecies ſuo ſit prædita odore ab alijs differente; & quo ſolo res ipſas ſæpe dignoſcimus, negari non poteſt; quin liquor, de quo eſt controuerſia, ex duplici materia ſit cõflatus, terebentina nempè à predominio, vt ex eius præualente odore facilè intelligitur; & Iuniperi à ſubdominio: Verum enim vero quãtumuis probabile ſit, & certum, quod huc vſque enunciaui de artificio huius liquoris; non propterea tamen, id ita affirmatũ velim, vt non poſſit etiam in eius compoſitione adeſſe aliquis alius liquor. & materia; illius enim tenuitas, & leuitas maior, quàm reſinis cõ-

ueniat; facilè ſuadent aliud quidpiam inſimul vnitum ibidem reperiri; quod tamquam cum alijs componentibus cognatũ, & inodoratũ vel ſote minus alijs odoratum, nõ poteſt nec olfactu, nec aliqua alia coniectura diſtingui, & dignoſci; quandoquidem tàm inodoratũ, non tamen male-olens, quã minus odoratum in compoſitione à magis odorato occultatur, & non diſtinguitur ab olfactu; eo prorſus modo quo lumen maius occupando facultatem viſiuã in ſui contuitu, cauſa eſt; ne eadem in minus lumen feratur. Quarè cũ ex enarrato liquore nõ alius omnino, nec maior expiret odor,

quàm

quàm delineatus, & proprius terebinthi, & Iuniperi; pro certo affirmare oportet, ne tantillum quidem Balſami in ſe continere. Quia adulterata medicamenta, ne adulterium detegatur, ne dum ex ſimplicibus cognatis cõponuntur, ſed etiã ex ſimilibus in qualitatibus præcipuè ſecundis; ſi enim ex contrarijs, & non ſimilibus cõſtarent; facilè innoteſceret adulteriũ; quòd in compoſitione contraria id inuicem colluctantur, etiã ſi alterum altero ſit remiſſius, nã in ijs terminis remiſsũ remittit intensũ ex Ariſt. 5. Phiſ. tex. 45. 2. Cœli tex. 37. & ex Gal. 3. Sim. c. 8. non autem ſimile patitur à ſimi-

ſimili; ſed illud diligit, & cum eo facillimè vnitur, vt aqua aquã, ignis, ignẽ, debẽt ãplius qualitates ſimplicis adulterãdi exuperare qualitates adulterãtis, nẽpe eius, cum quo adulteratur; quia actio non reſultat niſi à vincente; 1. de generat. cap. 7. quæ omnia præclare dixerat antea Ariſt. Magiſter Hipp. lib. 1. de diæta tex. 22. vbi habet corruptio fit maioris à minori, & minoris à maiori, & augetur maius à minori; hoc eſt, corrũpitur maius à minore per remiſſionẽ, minus à maiore per actionem victoriæ, & augetur maius à minore per cognationem, & ſymboleitatem. Patet id in Balſamo adulterato, quod cum eſſet conflatum ex ſimi-

mi-

milibus in ſecundis qualitatibus;& ex cognatis, ac qualitates Balſami exſuperarēt reliquas; non eſt mirum ſi nullatenus, vel non exacte à ſyncero poterat internoſci; Balſamum enim in compoſitione cum alijs ſimplicibus cognatis, vtpotè odoratius, & ſuauius ſuam omnino ſuauitatem præmonſtrabat in nihilo refractam, & diminutam; ſimile enim, vt nuper dicebamus, nō patitur à ſimili, ſed à contrario, & actio conſurgit ſemper ex victoria; ſeu exceſſu potentiæ ſupra potentiam. Quarè cum propoſitus liquor conſtet ex odoratis, vel ſaltem non fœtidis; ſi in compoſitione etiam habe-
ret

ret, vel tantillum Balſami, vtique ſuauiorem illã odoris fragrantiam, velut vincentem, & ſuperiorem maximè expiraret, & non tenuẽ illum, & ſimplicẽ odorem terebinthi, & Iuniperi, & de huius cenſus liquore doctiſſimus Mattiolus in epiſt. loquitur, dum inquit ſunt impoſtores, qui legitimum ſe habere Balſamum mentiuntur; quod ſi quis expendat; facilè comperiet non modo id eſſe adulterinum, ſed Balſami ne tantillum quidem in ſe cõtinere. Aduertant itaque Pharmacopęi, ne ab ijs deludantur, Iure ergo in re tanti negotij ſcriptores omnes, vt ſyncerum à mixto, verum à fal-

ſo

ſo internoſcant, tot ſignis, tot modis, tot laboribus experiri ſatagunt.

Quod ſi odor genuini Opobalſami talis re vera eſſet qualem effundit controuerſus liquor; profectò Cornelius à lapide hallucinatus eſſet dum in ſuis ad Eccleſiaſtic. commentarijs ſect. 2. ita ſcripſit; Balſami odor virtutem habet maſculam, & fortem; nempè quod naribus mulierũ appoſitum ſua odoris ſuauitate, & vehemẽtia, vel ſurſum trahat vterũ & ſuffocationem faciat cũ Platone in Timęo, qui vterũ fœminarũ male ex Gal. ſententia 6. de loc. affectis, animal eſſe putauit; quaſi animal in animali exiſtat, &

non

non pars animalis; vel potius percellat caput, & cerebrum, vt faciunt aromata omnia; vnde cerebro affecto ſtatim coafficiatur vterus, perturbeturque, & prauis humoribus in eo exiſtẽtibus, agitatis eleuentur praui vapores ad cor, & ſuffocationem faciãt. Etenim controuerſus liquor odorẽ exhalat potius ingratũ, quã gratum; vnde aptus potius eſt vterinas ſuffocationes arcere; quam eas excitare. Quamobrem mirandũ profecto eſt, qui fieri potuerit, vt iſtemet liquor pro oriẽtali Opobalſamo à ſeptem alioquin doctiſſimis Medicis huius Romani Collegij fuerit approbatus; dum non tan-

tantum ſuauiſſima illa odoris fragrantia eſt pœnitus deſtitutus; ſed nec eſt viridis, & oleo ſimilis, non lẽuiſſimus, nam in aquam proiectus fundum petit, & Proſperi Alpini Opobalſamo in in infantia, & iuuentute cõſtituto non vndequaque reſpondet; minus quoque eidem ad conſiſtentiam progreſſo, nam aureo, ſplendidiſſimoque colore donatus non eſt. Neque illi met craſſeſcenti, feneſcentique, & ſuis quaſi viribus ſpoliato; ſi quidẽ mellini coloris obſcurioris, non eſt; nec craſſus inſtar terebentinæ, nec prorſus ſubſidet in fundo aquę, ſed continuo aſſurgens ſupra totam aquę ſuperficiem.

ciem expanditur, & coagulatur; quod Opobalſamum ſenio confectum non efficit. Itaque cum iſtiuſmodi liquor Opobalſamo Alpini nullatenus reſpondeat; allegãdus merito eſt in aliũ liquorem, & à compoſitione Theriacæ explodendus mihi videtur, vt ſeq. cap. oſtendemus.

CA-

CAPVT IV.

QVOD Theriaca (Donum Dei) aduerſus venena, ferarumque noxiarum morſus, & præcipuè viperæ, à qua traxit denominationem, cũ dicatur à Tyro, quod vocabulum græcè ſignificat viperam; magnam habeat poteſtatem, & admirabilem potentiam; ac in lue peſtifera vnicum ſit alexipharmacum; cum ignis purifici in-

inſtar ex Gal. atteſtatione lib. de Theriaca ad Piſan. lētos, viſcoſoſque coquat ſuccos, & exitialibus venenis ſiue intus genitis, ſiue exterius accedentibus eximiè aduerſetur; fatentur omnes; & præcipuè doctiſſimus Mattiolus lib. 6. cap. 40. Hæc tamen intelligas velim, dũmodo Theriaca ſit veterũ more parata, & ex ſelectiſſimis medicamentis compoſita; non autem adulterinis, deprouata quæ legitima cum non ſit; hoc eſt lege, & Methodo medica conflata, euentus infelices habet; nã vnius medicamenti improbitas reliqua omnia ſæpè corrumpit; ſic monente Magiſtro lib. cit. c. 2. Quare recte

ctè idē ſcripſit lib. 1. de antidotis capit.4. quod ſi quis Philonium conficere velit, aut aliquam aliam minorē antidotum medicinis non eget ad ſummum bonis. At ſi vel mitridaticā, vel Theriacam, vel aliquam aliam maiorem antidotum componere moliatur, quæ & multa cōprehendat, & cinnamomū recipiat, optimis quibuſque indiget medicinis.

Cū igitur Theriaca Manfredi, & Panutij fuerit confecta ſine lege, & Methodo medica; dum loco Opobalſami geniuni cōtinet liquorem quendam artificialem, virtute, & enargia omnino inferiorem nō tam ipſimet

Opo.

tur ex morbo; vel quando ſcilicet adeo eſt magnus, vt nullum adſit remediũ ſimplex, quod illi ex proportione reſpondeat; & tunc miſcentur medicamenta; vt debile ex permiſtione fortioris validius euadat; & fortè miſtione remiſſioris, aut cõtrarij remittatur; vel quando morbus contrarias habet indicationes; quæ à ſimplici medicamento perfici nequeunt, vel quia contrarias habet cauſas, vel effectus inter ſe complicati ſunt Theriacæ compoſitio ſummo artificio fuit excogitata aduerſus morbi magnitudinem pronatam, ſeu à veneno, ſeu ab inſigni humorum putredine: Quia vero

ro venenum, & materia venenoſa cordi potiſſimum inſidiantur, humores corrumpunt, & ſordidiorē reddunt putredinē; in qua partes ad inuicem ſeparantur, & ſpiritus, & ſubſtantia ipſa plurimum diſſipantur, & vt vno verbo dicam omnes partiū, & humorum natura diſſoluitur. Idcirco Therica antidotorum omnium pręſtātiſſimum, quæ virtute ſimplicium, ex quibus componitur ex Gal. lib. 1. de antidot. cap. 5. in fine, & lib. de Theriaca ad Piſon. cap. 16. vim veneni edomat, & putredinem arcet, continet ſimplicia exſiccandi, facultate prædita; quippè exſiccantia reſiſtunt putredini,

re-

remouẽdo humidum, quod eſt cauſa putredinis, & quodammodo continent mixtum ne diſſoluatur; habent etiam ſimplicia illa calefaciendi facultatem, tum quia debent ad cor maximè intrinſecum penetrare; quò non peruadunt frigida, cum ſibi vias occludant, nec penetrent, & etiã obſtructiones augeant, fuligines malignas retineant, & criſes retardent; tum quia ſimplicia frigida cordi non ſunt applicanda, quod fons eſt, & principium vitæ, & caloris innati; cuius frigida inimica ſunt, & vitæ ex Ariſt. lib. de longitudine, & breuitate vitæ cap. 2. verùm quia exſiccantia ſimpliciter calida ca-

lorē accendunt, febrem augent, ac ebulitionem, & agiliores humores reddunt, vt promptius in principaliora membra ruant: Ideo recipit etiam frigida à ſubdominio, vt refrangāt vim calefaciētium; continet præterea ſuccum papaueris, ſiue Opium; quod ea ratione ab exercicitatis Medicis cum alexipharmacis permiſcetur, vt motum, atque actionem veneni peſtilentis tādiu ſiſtat & frenet, ſymptomatum vehementiam tandiu mitiget, donec alexipharmaca vires ſuas exercere, ſe ſeque veneno opponere poſſint, & hoc eò vel maximè, quia Opium non caret virtute ſudorifera; vnde non impedi-

tur natura quominus ad am
bitum corporis, vt plerunq.
ſolet, venenatam materiam
feliciſſime expellat, & egri-
tudo potius fiat in cute, quã
in principio vitæ. Continet
tandem odorata; vbi enim
viget putredo, fœtor adeſt,
aſſero enim hoc perpetuum
eſſe, vbi mali sũt odores, ibi
malam eſſe ſubſtantiã; quia
fœtor perpetuo ſequitur
corruptionem, ergo vbi fœ-
tor, ibi corruptio, & ſub-
ſtantia mala. At ex fœtore
ſpiritus læduntur, & dimi-
nuuntur, cum nihil ſit, quod
magis noceat ſpiritibus ipſa
putredine, & fœtore, qui
naſcitur à putredine; & quia
deficientibus ſpiritibus de-
ficit vita, ideo ex Methodo

medica in antidotis odorata ſunt apprime neceſſaria; hæc enim cordi amica ſunt, & familiaria, eique vti vitæ principio, robur conferunt, ſpiritus vitales excitãt, colligunt, & reſtaurant, cum nihil magis ſpiritibus congruat, eorumque naturalẽ temperiem cõſeruet, atque ab omni exceſſu defendat, ex Gal ſententia quã odoris ſpirituoſa ſubſtantia; nam ſiue exterius illinatur, nẽpè carpis, temporibus, plãtis pedum, teſticulis, & vbicumque arteriæ fuerint cõſpicuæ, vt ſic arteriarum diaſtole cõtinuo ad cor deferatur vapor odoratus, ſpiritui vitali gignẽdo materia euadit aptiſſima; ſiue intus
ſu-

ſumatur aut incibis, aut in potu ſimul cum nutrimento celeriter odorem effundit ad principium, ad ſingulas, & minimas corpis particulas; & ob hãc cauſam Hipp. ſiue quis quis alius Medicus antiquus lib. de Medico inſcripti fuerit auctor, veſtitu decoro, & vnguetis odoratis, eo conſilio Medicum vti debere iuſſit; vt inde egrorum iucunde affici contingat. Id autem pro maiori egrotãtis vtilitate præcipi, eſt manifeſtum prorſus: Medico itaque breui tempore apud ægrum commoranti, neceſſarij ſi ſunt optimi odores; quantò magis egrotanti ipſi præſertim in venenatis morbis, in qui-

bus putredinis fœtore ſuffocatur? Si igitur ſuauiter olentia in antidoti compoſitione adeo expetuntur, & ſunt neceſſaria; non eſt mirum, ſi peritiſſimi quique decernant, Theriacam hiſce noſtris temporibus ob vnius Opobalſami defectũ debilioribus conſtare dotibus, & non eſſe tantæ virtutis, vt apud antiquos, ſiquidẽ oleũ nucis moſcatæ quãuis eadem exſiccandi facultate polleat, qua Opobalſamum; quia tamen non expirat copioſam illam odoris fragrantiam cordi, ſpiritibuſque familiarem, vt Opobalſamũ, ideo reddit Theriacam minus efficacem. Quommodo ergo poterit

Man.

Manfredicus liquor in Theriacæ compoſitione ſuauiſſimi illius Opobalſami vices gerere, cũ non ſolum emittat odorem imbecilliorem Opobalſamo; & nuce moſcata, ſed qualibet etiam re vel minimum ſuauiter olẽte. Quamobrem ſicut Opobalſamum ſupremum poſſidet locum inter beneolentia; & medium nux myriſtica; & infimum Manfredicus liquor; ita Theriaca ex iſto liquore congregata infimæ erit virtutis, & inter alias Theriacas, vix infimũ locum, ne dicam nullum, in gratiam aduerſariorum, habere debebit, ſomnia igitur Caſtellus dum pag. 14. concludit Theriacam Man-

fredi omnium Theriacarũ, quæ Romæ conficiuntur eſſe præſtantiſſimam.

Secunda ratio componẽdorum medicamentorum deſumitur à parte affecta, nam quando longè diſtat, vt Iecur, lien, renes, cor, vel aliud viſcus; tunc miſcẽda ſunt liquida, tenuia, vel odorata, quæ medicamenti facultatem ad partem affectam deducant, & roborent vnde in compoſitione Philonij adſunt cum frigidis calida miſta; non ſolum ne frigida, quæ habet pro baſi, tantum refrigerent; ſed vt magis penetrent. In hemoptoica paſſione viſcoſis, & obturantibus medicamẽtis calida alia & tenuiũ partiũ con-

congruenti menſura, in bona praxi, miſcentur, quæ vaſorum apertioni, ruptioni, & corroſioni ſunt infeſtiſſima; miſcentur tamen diſtributionis eorum in corpus gratia: Etenim adſtringētia, viſcida, & tenacia ſibi ipſis viā præcludunt; quarè opus habent facultate ipſis viā ſtruēte & preparāte. Ita Gal. 7. ſimpl. cap. de terra lemnia, vbi nulla adſit febris, aut puſilla, aut ſenilis adſit ætas, vbi hyems frigida ex vino medicamenta exhibet, vt bolum armenam; probat autem vinum; non vt alimē-tum; ſed vt medicamēti vehiculum. At in antidotis, & proprijs alexipharmacis, quę internis aduerſantur vene-
 nis;

nis; miſceri debent odorata ſimplicia; nam cum venenum ſit maximè actiuitatis, celerrimique motus, & celerrimè hominem interficiat; ni celerrimi etiam motus, & actiuitatis eximiæ iuxta proportionem, & gradũ veneni præſto ſit auxilium; quod cor, & ſpiritus firmet, & venenoſum ſpiritũ extinguat, educat, & frãgat; quale ſolum poteſt eſſe odorabilis ſubſtantia. Quippè odor cũ Platone dialogo de natura nil aliud eſt, quàm fumus, & caligo, & cum Gal. vaporoſa ſubſtantia; quæ ob ſui tenuitatem, leuitatemque expeditè, celiterque per cæcos meatus, & alios ſenſui incõſpicuos ductus, quoquo verſum

ſum in omne corpus diffunditur, & penetrat. Ita in Muliere pannis circumtecta ex ſuffitu deſupter facto odor celerrimè ad nares per meat, & os ex Hip. 5. aphor. 59. Vnde ſecum defert reliquorum ſimplicium facultatem, & citiſſimè ſalutarẽ medicamenti vim corpori communicat, & inter tranſeundum veneni vires oppugnat. Quare partes hac beneficia aura recreatę, & munitę venenoſos humores extra corpus per varias eius regiones expellunt; & hæc eſt germana explicatio difficillimi illius problematis; quod multorũ animos diutiſſimè torſit; qui fieri poſſit, vt alexiteriũ medicamẽ-

tum

tum tam paruo tẽporis interuallo, in tam exigua mole aptum ſit tantam veneni vim per vniuerſum corpus diffuſam retundere, ac euincere; cum vix mente concipi poſſit, quommodo tam paucus liquor per vniuersũ corpus diffundatur, niſi ad odoris euaporationem continuam cõfugias, ſi enim occulta ſolũ proprietate agerent alexipharmaca, hoc eſt virtute in totum diffuſa citra propagationem ſubſtantiæ, vt de luce ſolis per aẽrẽ diffuſa ſine ſolis ſubſtantia explicuit Gal. vel de facultate animali, quę vniuerſo corpori mediantibus neruis motum, & ſẽſum impertitur, neque tamen animæ

ſub-

ſubſtantia diffunditur; inutile, ac omnino fruſtatiorū fuiſſet celebre illud præceptum Galeni in praxi, & regulari cura omnino obſeruandum; nempe antipharmaca, & antidota in vſum tutò duci nō poſſe niſi præmiſſa purgatione; nam veluti ſolis virtus non defert in hæc ſublunaria, quæ in media aeris regione continentur; nec animalis facultas in vniuersū corpus, quæ reſident in cerebro; ita dubitandum nō eſſet, quin virtute antidoti in ventriculo contenti; poſſent vllo pacto recremēta eiuſdemmet vētriculi, & primarum viarū deferri ad cor, & ſedem vitæ mortalis, vt omnino cōtin-

tingit ex odoratis; quæ cũ calida ſint, & ſicca, nec non tenuium, & ſubtilium partium, ac non ſolum intentionalem, ſed corpoream etiam ſubſtantiã effundant, vbi ad actum rediguntur, ſiuè intus aſſumpta, ſiuè foris adminiſtrata: exalationes, & vapores, non tantum de ſe mittunt, verum etiã ex humoribus eliciunt; cũque ſurſum ſuaptè natura ferantur, ſecum ducunt etiã humores ad cor, vitæ principium, & ad cerebrum motus, & ſenſus originem, ſpirituumque animalium officinam ex Hipp. 5. aphor. 28. & hoc eſt quod Plutarc. diſput. in fine lib. quod animalia bruta non careant ratio-
ne

ne, ſcilicet ea carere multis malis; quod odoramenta, & ſuffitus nõ ad voluptatẽ perſequantur; ſed tantum ob neceſſitatem; ſed redeamus ad penſum. Ergo Theriaca Manfredi, vt antidotum, non eſt exhibenda, cum non habeat proportionem accommodatã cũ veneno, vt habere debent omnia antidota lege artis cõſtructa, etenim ſimplicium virtus; & quæ reſultat ex forma complexionali totius medicamenti per fermentationẽ acquiſita, non poteſt deferri in partem affectã ad oppugnandum venenum ea celeritate, qua venenum penetrat, & euincit corpus; cum in ſui compoſitione nõ

recipiat nec Opobalſamum, nec oleum nucis moſcatæ proximè accedens ad Opobalſamum. Nec exiguus ille controuerſi liquoris odor, qui vix confricatione ſentitur poteſt vapores efficaciter emittere in vniuerſum corpus, ſecumque ſimpliciũ virtutem deferre ad edomandum venenum, cum id vix poſſit præſtare oleum nucis moſcatæ validioris odoris, vt ſuperius dicebamus. Immo ipſummet Opobalſamum, vbi per aduẽtum ſenectutis declinauit in odorem exilem, & tenuẽ, nullam ex Auic. habet virtutem, hoc eſt, alexipharmacam, cum hæc prima ſit & præcipua eius virtus, &

deno-

denominato fieri ſoleat à forma; namque tenuis odor non poteſt ea celeritate penetrare per vniuerſum corpus, nec ea enargia ſpiritus, & calorem recreare; quò tempeſtiue natura potens euadat expugnãdo veneno ante extinctionem corporeæ vitæ. Quod perbellè ſignificauit Dioſc. dum dixit probatio ſucci eſt, vt ſit recens, hoc eſt; non ſeneſcẽs; & validi odoris; nempe non exilis, & tenuis; & idipſum comprobauit idem Auic. dũ voluit Opolſamum debere eſſe odoris ſubtilis; hoc eſt acuti, & penetratiui.

Poſtrema ratio componendorum medicamentorũ deſumitur ex ipſo medicamen-

mento, quando videlicet eſt noxium, deleterium, aut amaritudinem præ ſe fert, aut eſt horridum, & in ſuaue; tunc enim permiſcemus, quæ illius malitiā corrigunt aut addimus, quæ grato odore, aut ſapore prędita sūt ſic Hipp. 2. acut. 11. veratro admiſcet Daucum, Cuminū, vel aliquod odoriferum, nēpè ſylphij ſuccum. At Mā fredicus liquor tamquā exigui odoris, non poterit in Theriacę compoſitione per ſe, nec, ſimplicium prauitatem corrigere, nec eorundem in ſuauitatem retundere; quia vt habetur ex lib. Elench. & alijs pleriſq. apud Ariſt. locis & potiſſimū 2. de partibus animaliū, vbi probat

bat cerebrum non eſſe principiũ ſenſationis; quia ſubſtantia cerebri ſenſu caret. Nihil dat, quod non habet.

Sed ſi Theriacam, quam Seuoro Imperatori confecerat Gal. imbeccilliorem perſenſit illa pro ſalute Marci Antoni conſtructa, quod cinnamomi pars ab illa arbore eſſet deprompta, quæ Traiani, & Adriani tempore in arca quadam ſeruabatur, quoniam diuturnitate tẽporis cinnamomi vis euanuerat; quantò imbeccillior exiſtimanda erit Theriaca Manfredi, & Panutij, cum, fuerit confecta ſine Opobalſamo, & eius ſuccedaneo cum non parem in Theriacæ compoſitione habeant

lo-

locum cinnamomum, & Opobalſamum;quia iſtud ibidem primatum tenet, eamque perficit, & exornat, ex acutiſſimi Senerti ſuperius citati auctoritate. Nec liquor ille artificialis pro vero Opobalſamo à Collegiatis Medicis approbatus; adhibituſque ab Aromatarijs, poteſt vllo pacto ne dum illius vices ſupplere;ſed nec olei nucis moſcatæ, cũ tantum illis cedat, vt Gal verbis vtar; quantum cadauer viuo corpori. Quocirca ſi Theriaca precioſiſſimũ antidotum non ab Andromachi mente; ſed à ſupremo obiectorum omnium Opificæ bonorum omnium datore originem duxiſſe verè affir-

affirmandum eſt;qui humani generis miſertus in hominum mentem tam præſtans, tam excellens alexipharmacum introduxit; ita fatendum etiam eſt Theriacæ inualiditatem,&inefficaciam noſtra hac tempeſtate à Manfredo Vrbis Aromatario ſuam recepiſſe acceptam originem;& ſicut illa ab eminentiori quodam iuuandi modo iucunda, tranquilla,ſerena vocatur,quod ęgros perturbatione, anxietudine, & languoribus oppreſſos in tranquillitatis, & hilaritatis portum ſecuros diferat. Ità Theriaca Manfredi, ex quo operationibus Theriacæ Andromachi nullo pacto poſſit correſponde-

re;

re; non merebitur ni vulgariſſimum aliquod epitheton; quod curioſioribus declarandum relinquo.

Præterea Manfredicus liquor eſt factitius, & cõfectus ſaltem ex terebentina, & lachryma, ſeu oleo Iuniperi; vt cap. tertio demonſtrauimus; ergo in Theriacæ cõpoſitione non poteſt admiſceri ſaltem impunè ab Aromatarijs Vrbis, & totius ſtatus Eccleſiaſtici, quia ab Antidotario Romano, quod apud eoſdem habet vim legis & ſtatuti; capite de ſubſtitutis ablegatur ab vſu medico; vbi Opobalſamo ſubſtituit oleum nucis moſcatæ, non autem terebenthinam, vel oleum Iuniperi; habet enim

enim; Opobalſamo, oleum è ſemine citri, aut Balſamū occidentis, non autem Balſamum factitium vulgare ex multis compoſitum. Oleum ex cariophillis, vel ex nuce moſcata non multum diſtare videntur à Balſamo. Gal. etiam ab antidoti compoſitione putauit abdicanda Balſama factitia, & adulterata, dum ſciens modum, quommodo adulterarētur, noluit illum ſcribere; vt his refert verbis lib. 1. de antidotis cap. 13. Didici quoque quo pacto multis modis adulteratum Opobalſamum peritiſſimos quoſque falleret. Quam rem qui ſciunt diuulgare non conſulo, ne obiter improbi fraudes diſcant,

ſcant, & in malos vſus conuertant. Nam neque illos approbo; qui noxias medicinas deſcribunt, & publicant, Cæterum cur Gal. Medicinæ parens, & vir inſigni pietate, miraque in genus humanum beneuolentia affectus, adeo deſpiciat, deteſteturque adulteratum Opobalſamum in qualitatibus ſecundis, licet non in gradu, genuino, & vero ſimillimum; rationes aſſignare non poſſum, cum eius compoſitio, vt ex eodem Gal. facilè intelligitur, nullibi verè deſcripta poſſit legi; probabile tamen eſt ingredientia parum eſſe ad corporis ſanitatem accommodata; cum ſæpe numero homines

ſcelerati odorum, atque ſa-
porum ſuauitate lethalia ſo
leant occultare venena;
quod maxime perſuadet Gal
atteſtatio dum 9. ſimpl. ha-
bet, materiam, ex qua adul-
teratum Opobalſamum præ-
paratur, & adulteratur, ijs
in locis non naſci; cum ibi
præ terrarum, & Cœli ſicci-
tate, & particulari tempe-
rie à primo agente, nempe
Deo, ijs apprimè tributa,
ſtirpes ferè omnes bene o-
leant, & ideo alexipharma-
cam virtutem poſſideant,
agantque, magis, & minus
iuxta ſuæ ſpeciei rationem,
ac naturale fatum; & argu-
mento eſt; quod eorum lo-
corum gentes innoxiè ve-
ſcuntur ſerpentibus, & vipe-

ris vt refert idem Gal. 3. de aliment. facult. cap. 3. Quocirca male Caſtellus pręfert adulteratum Balſamũ oleo nucis moſcatæ, dum p. 114. ita ſcribit; ſed dato, & non conceſſo hoc non eſſe ſyncerum, ſed miſtum Opobalſamum, etiã Manfredi Theriaca alijs præferenda, quæ nihil veri Opobſalami recipiunt; præſtat enim accipere vinum aqua dilutum, quã nihil vini aquam habentem, quia cõparatio non eſt admittenda, cum nõ fiat inter ea, quę ſpecie identificantur, & alia ratio ſit vini aqua diluti, & alia adulterati Opobalſami, quod ſi re vera in vſum duci poſſet Gal. illius deſcriptionem non ſi-
luiſſet;

luiſſet; ſed quic quid ſit de hac re, iam diximus præcedenti capite Manfredicum, liquorē nihil pœnitus Opobalſami continere, & ideo dicta Caſtelli non faciunt ad rem.

Accedit quod Aduerſarij ignorant, an controuerſus liquor ſit nec ne Opobalſamum; quia D. Baldus ait, eſſe Opobalſamum per decoctionem frondium, & ramulorum plantæ Balſami vi ignis in aqua elicitum. Petrus vero Caſtellus aſſerit nequaquam eſſe per decoctionem elaboratū. Sed eſſe per inciſionē corticis ſubſidere collectū; & ideo eſſe genuinum, & verum: Cum vero magni differant inter

ſe ſe huiuſmodi Opobalſama, & auſim dicere, velut album, & nigrum; vt ſuperius capite ſecundo vberrimè demonſtrauimus, propterea non minus eorum venit accuſanda craſſa Minerua; quam nimia excuſanda credulitas, cum voluerint ijs plenam fidem adhibere; qui vel, vt ſe ſe præ cæteris Aromatarijs diligentes, accuratique oſtentarent, vel ob aliã cauſam, in noua ferri, nouaque facere tentarũt. Quocirca hic bene habet locum, quod ſcripſit idẽ Gal. lib. de Theriaca ad Piſon. cap. 12. nempè ex imperitia Medicinarum, qua plerumque compoſitores laborant; antidotus multoties inuti-

lis

lis redditur; Ergo. Theriaca confecta cũ enarrato liquore artificiali, incognito, etiã fautoribus; & vt coniectura colligi poteſt non bono, vel ſaltẽ ex ſuperius enunciatis minus vtili, minuſq. valido oleo nucis moſcatæ; confeſtim vel eſt proijcienda, vel ſaltẽ prohibẽdũ ne vẽdatur, diſtribuaturq. vt antidotũ, tum ad præclariſſimę Medicæ facultatis decorem, quæ ſemper optima præcipit; cũ errores ex eius præceptis nũquam eueniant, niſi propter eorum, qui eam exercẽt ignorantiam, vt præclare ſignificauit Hipp. lib. de legẽ vbi dolet, quod ſoli arti Medicę nulla alia pœna in Vrbibus præfinita ſit præter-

locum cinnamomum, & Opobalſamum;quia iſtud ibidem primatum tenet, eamque perficit, & exornat ex acutiſſimi Senerti ſuperius citati auctoritate: Nec liquor ille artificialis pro vero Opobalſamo à Collegiatis Medicis approbatus, adhibituſque ab Aromatarijs, poteſt vllo pacto ne dum illius vices ſupplere;ſed nec olei nucis moſcatæ, cũ tantum illis cedat, vt Gal verbis vtar; quantum cadauer viuo corpori. Quocirca ſi Theriaca precioſiſſimũ antidotum non ab Andromachi mente; ſed à ſupremo obiectorum omnium Opificæ bonorum omnium datore originem duxiſſe verè affir-

affirmandum eſt; qui humani generis miſertus in hominum mentem tam præſtans, tam excellens alexipharmacum introduxit; ita fatendum etiam eſt Theriacæ inualiditatem, & inefficaciam noſtra hac tempeſtate à Manfredo Vrbis Aromatario ſuam recepiſſe acceptam originem; & ſicut illa ab eminentiori quodam iuuandi modo iucunda, tranquilla, ſerena vocatur, quod ægros perturbatione, anxietudine, & languoribus oppreſſos in tranquillitatis, & hilaritatis portum ſecuros diferat. Ita Theriaca Manfredi, ex quo operationibus Theriacæ Andromachi nullo pacto poſſit correſponde

re;

re; non merebitur ni vulgariſſimum aliquod epitheton; quod curioſioribus declarandum relinquo.

Præterea Manfredicus liquor eſt factitius, &cõfectus ſaltem ex terebentina, & lachryma, ſeu oleo Iuniperi; vt cap. tertio demonſtrauimus; ergo in Theriacæ cõpoſitione non poteſt admiſceri ſaltem impunè ab Aromatarijs Vrbis, & totius ſtatus Eccleſiaſtici, quia ab Antidotario Romano, quod apud eoſdem habet vim legis & ſtatuti; capite de ſubſtitutis ablegatur ab vſu medico; vbi Opobalſamo ſubſtituit oleum nucis moſcatæ, non autem terebenthinam, vel oleum Iuniperi; habet

enim; Opobalſamo, oleum è ſemine citri, aut Balſamū occidentis, non autem Balſamum factitium vulgare ex multis compoſitum. Oleum ex cariophillis, vel ex nuce moſcata non multum diſtare videntur à Balſamo. Gal. etiam ab antidoti compoſitione putauit abdicanda Balſama factitia, & adulterata, dum ſciens modum, quommodo adulterarētur, noluit illum ſcribere; vt his refert verbis lib. 1. de antidotis cap. 13. Didici quoque quo pacto multis modis adulteratum Opobalſamum peritiſſimos quoſque falleret. Quam rem qui ſciunt diuulgare non conſulo, ne obiter improbi fraudes di-

L ſcant,

ſcant, & in malos vſus conuertant. Nam neque illos approbo; qui noxias medicinas deſcribunt, & publicant, Cæterum cur Gal. Medicinæ parens, & vir inſigni pietate, miraque in genus humanum beneuolentia affectus, adeo deſpiciat, deteſteturque adulteratum Opobalſamum in qualitatibus ſecundis, licet non in gradu, genuino, & vero ſimillimum; rationes aſſignare non poſſum, cum eius compoſitio, vt ex eodem Gal. facilè intelligitur, nullibi verè deſcripta poſſit legi; probabile tamen eſt ingredientia parum eſſe ad corporis ſanitatem accommodata; cum ſæpe numero homines

ſce-

ſcelerati odorum, atque ſaporum ſuauitate lethalia ſoleant occultare venena; quod maxime perſuadet Gal atteſtatio dum 9. ſimpl. habet, materiam, ex qua adulteratum Opobalſamum pręparatur, & adulteratur, ijs in locis non naſci; cum ibi præ terrarum, & Cœli ſiccitate, & particulari temperie à primo agente, nempe Deo, ijs apprimè tributa, ſtirpes ferè omnes bene oleant, & ideo alexipharmacam virtutem poſſideant, agantque, magis, & minus iuxta ſuæ ſpeciei rationem, ac naturale fatum; & argumento eſt; quod eorum locorum gentes innoxiè veſcuntur ſerpentibus, & vipe-

ris vt refert idem Gal. 3. de aliment. facult. cap. 3. Quocirca male Caſtellus pręfert adulteratum Balſamũ oleo nucis moſcatæ, dum p. 114. ita ſcribit; ſed dato, & non conceſſo hoc non eſſe ſyncerum, ſed miſtum Opobalſamum, etiã Manfredi Theriaca alijs præferenda, quæ nihil veri Opobſalami recipiunt; præſtat enim accipere vinum aqua dilutum, quã nihil vini aquam habentem, quia cõparatio non eſt admittenda, cum nõ fiat inter ea, quę ſpecie identificantur, & alia ratio ſit vini aqua diluti, & alia adulterati Opobalſami, quod ſi re vera in vſum duci poſſet Gal. illius deſcriptionem non ſi-

luiſſet;

luiſſet; ſed quic quid ſit de hac re, iam diximus præcedenti capite Manfredicum, liquorē nihil pœnitus Opobalſami continere, & ideo dicta Caſtelli non faciunt ad rem.

Accedit quod Aduerſarij ignorant, an controuerſus liquor ſit nec ne Opobalſamum; quia D. Baldus ait, eſſe Opobalſamum per decoctionem frondium, & ramulorum plantæ Balſami vi ignis in aqua elicitum. Petrus vero Caſtellus aſſerit nequaquam eſſe per decoctionem elaboratū. Sed eſſe per inciſionē corticis ſubſidere collectū; & ideo eſſe genuinum, & verum. Cum vero magni differant inter

